COLONNA, F

GRP. 23/1/53

COLONNA, Fabio

GRP

23/11/53

FABI COLVMNAE
L Y N C E I
ΦΥΤΟΒΑΣΑΝΟΣ

CVI ACCESSIT

VITA FABI
ET LYNCEORVM NOTITIA

ADNOTATIONESQVE IN ΦΥΤΟΒΑΣΑΝΟΝ

IANO PLANCO ARIMINENSI
A V C T O R E

ET IN SENENSI ACADEMIA ANATOMES PVBLICO PROFESSORE.



FLORENTIAE. CIↃIↃCCXLIIII.
I. P. AERE, & Typis PETRI CAIETANI VIVIANI.
Superiorum Facultate.





FABI COLVMNAE
L Y N C E I
V I T A
IANO PLANCO AVCTORE.

** ***
****


FAbius Columna e Nobilissima Columnarum Gente Patria Neapolitanus Genere Romanus fuit. Patrem enim habuit Hieronymum Columnam Eruditum Hominem, cuius exstant edita, & a se collecta Q. Ennii fragmenta. Is Genus suum a Pompeio Columna Cardinali ducebat, obiitque circa finem decimisexti Saeculi quinquagenario maior Neapoli, ubi perpetuo vixerat, sepultusque est ad Virginis ab Angelo Annunciatae in Peregrinae Familiae Sacello, ut ex Titulo ad eius Tumulum apparet. Ex Artemisia e Nobilissima Frangipanorum Familia treis Filios reliquit; Ioan-

nem nempe, cui Ennii fragmenta dicavit. Pompeium, qui in Romana Curia fuit Antistes, & Fabium de quo Vitam & Gesta scribimus. Quo vero anno natus sit Fabius noster clare non constat, sed quum in Epistola Apologetica ad Quatramium dicat Φυτοβάσανον primum, egregiumque Opus suum XXV. annos vix natus edidisse, & id Neapoli editum si anno Christi CIƆIƆXCII. 1592
1567 liquido apparet ipsum circa annum CIƆIƆLXVII. natum fuisse. Latinis Graecisque Litteris apprime in Adolescentia operam dedisse Patre impense eas suadente ex eruditis eius Libris cognoscimus. Musicae item fuit Studiosus, & in ea excellens Artifex exstitit, qui Sambucam Lynceam, ut infra videbimus, adinvenit, editoque Libro explicavit. Mathesi quoque operam dedisse, Opticae praecipue, testatur Ioannes Faber in Adnotationibus in Recchum. Id enim per quam verosimile est; Nam Musices scientia sine Mathesi non potest consistere; Item Pingendi, seu recte Delineandi Ars, qua Fabius, ut videbimus satis bene inbutus informatusque erat, aliqua Geometriae, & Optices Scientia indiget. Verum ut Nobilibus peculiare est praecipue Romano, Pontificioque Iuris Studio addictus fuit, atque in Vtroque Togam, seu Lauream, ut aiunt sumsit, ut ipse bis, atque tertium contra Quatramium testatur. Verum quum adhuc Adolescens esset frequenter Comitiali Morbo corripi. Quare ut tanto morbo mederetur, quem Herculeum Veteres, & Ἐπιληπτικὸν vocarunt, quod extrema Vi Aegros invadat & capiat, ut acri erat ingenio non Vulgareis Medicos, & Trita Remedia adhibere, sed ipsos Primos Graecos Medicinae Parenteis Hippocratem nempe, Theophrastum, Dioscoridem, Galenum consulere, atque e Graeco ipsorum Fonte Remedia quaerere, eaque cum Vulgaribus, quae in Seplasiariorum Officinis exstant comparare. Verum hoc Studio compertum habuit Graecorum Medicinam a Vulgari multum differre propter Herbarum, seu Simplicium, ut aiunt ignorationem; Cognovitque Latinos Interpetres inter se multum dissidere, ut Plantas a Theophrasto, & Dioscoride descriptas determinarent. Graeci enim illi Auctores Herbas perpauculis Notulis, vel per Assimilationem tantum descripserunt, quippe qui de Rebus in Graecia notissimis disserebant. Sed quum Graeca Lingua postea periierit, & una omnium Bonarum Litterarum Studium, ingens Confusio inter Eruditos post renatas

Lit-

Litteras oborta eſt, quaenam Herba eſſet haec vel illa, quae a Theophraſto, vel a Dioſcoride proponeretur, quae conciſis, & mutilis illis Deſcriptionibus continebatur, ut Interpetres frequenter diverſas, & omnino inter ſe diſtanteis Herbas pro illa Theophraſti, vel Dioſcoridis adducant. Quare Fabius ut huic malo, & ſuo, ſi poſſet mederetur, Herbas Theophraſti, vel Dioſcoridis, Pliniique itidem, qui ſunt veluti veteris Rei Herbariae Cardines ad quamdam Trutinam revocare, & expendere, Commentariaque ſcribere praeſertim in Dioſcoridem univerſum. Hoc Studio factum eſt quidem, ut acutus Botanicus evaderet, & ut Comitiali Morbo quadam Herba [1], Valeriana ſcilicet, ſanaretur. Verum ut erat Homo Acutus, & Pius; non tantum huic Herbae tribuere videtur, nam in Praefatione Phytobaſani mentionem nullam de Valeriana facit, ſed tantum D. O. M. Auxilio, & B. V. Matris Interceſſione ſanatum fuiſſe ait, & in Ecphraſi dicit Virginem in Andria Apuliae Parathalaſſiam Devotionis cauſſa inviſiſſe [2]; Et quum denique acrem Diſceptationem de Valeriana cum Quatramio [3] habniſſet, ne verbum quidem de hac praeclara Valerianae virtute facit.

Huius Botanices ſui Studii, ſeu Trutinae Specimen egregium dedit primum ſtatim in ipſamet Adoleſcentia, aetate ſcilicet XXV. annorum, eo ipſo Libro, quem modo memoravimus, eumque Φυτοβάσανον appellavit, quod quaſi in eo velut ad Βάσανον, ſeu Torturam quamdam Plantae Recentiorum ponerentur, ut genuinae Veterum probarentur, & ſpuriae reiicerentur; Et in Calce huius Libri Appendicem quamdam adiecit, in qua Plantae aliae cum aliquot Piſcibus eadem ratione deſcribuntur. Vt vero melius has Res, quae longo ſtudio, oculis & animo conceperat in Chartis effingeret, pingendi, ſeu delineandi Artem didicit, ut Scalptores ad Archetypos ſuos reſpicientes non ſimulate fucateque ſed ad vivum Res in Aereas Tabulas exprimerent. Ipſe enim fatetur de ſe delineandi artem noſcere, qui in Obſervationibus Aquatilium, & Terreſtrium (Cap. XVI.) aſſerit Ferdinando Imperato Rerum Naturalium Peritiſſimo Caeciliam Serpentem, quem in ſua Naturali Hiſtoria edidit, amicitiae cauſſa delineaſſe. Sunt aliqui, qui aſſerunt, quibus aſſentiri vide-

 tur

(1) *Vide Cap. Vltim. huius Libri, & Adnotationes noſtras* XXII.

(2) *De Purpura pag.* 23.

(3) *Ecphr. I. p.* 210.

tur Boerhaavius, Fabium & ipſam ſcalpendi, ſeu in Aes inci-dendi Artem calluiſſe, ut Plantas Animaliaque primum a ſe delineata in Aereas Tabulas etiam exprimeret, & ita ab Eo expreſſa fuiſſe ea omnia, quae in Phytobaſano, in duplici Ec-phraſi, ac denique in Libris eius omnibus Aereis Figuris con-tinentur. Verum pace horum dicam, quamvis Fabius ſcalpen-di Artem non omnino ignorarit, ut Typographus monet in Praefatione primae Ecphraſeως ſuae, tamen ipſa numquam uſum fuiſſe. Ipſe enim Fabius in Epiſtola ad Lectorem eiuſ-dem primae Ecphraſeως fatetur Commentarium, ſeu Epito-men in Dioſcoridem univerſum non edere, non tantum propter varias curas, quibus diſtrahebatur, ſed etiam propter immodicas Typorum expenſas, & Volumen illud primum Ecphraſeως mole quidem non immenſum, triennio tamen latuiſſe impreſſum Iconibus vacuum ait. Si igitur Fabius ſcalpendi Artem probe calluiſſet, ut Icones ex ſe in Aes exprimeret, de immodicis expenſis quaeſtus non fuiſſet, neque tamdiu ea de cauſſa Li-bri ſui impreſſi figurarum defectu inediti latuiſſent, ut revera latuit ipſomet Fabio teſte Ecphraſis eius prima.

Poſt editum Phytobaſanum, quum a Martio Columna Romano Zagarolae Principe in Aequicolos Iudex creatus eſſet, & iis in Locis Proprincipis honore fungeretur, ut Lites Fi-nium regundorum inter illos Populos, ut ait dirimeret, pa-tuit ipſi illis in Locis montanis, & umbroſis, campus ampliſ-ſimus, ut Herbas varias, eaſque ſingulareis, quae ibi ſponte proveniunt, ſcrutaretur, & quum mox ſedem in Apulia ipſa ſibi fixiſſet, & praeſertim Cirinolae, & Campoclari varias ibi & minus cognitas Plantas inſpexit, collegit, delineavit, at-que in Ecphraſim illam Primam, ſeu Plantarum minus Cogni-tarum Expoſitionem tranſtulit. Et quum Apulia Provincia ad Superum Mare late pateat Piſceis varios minus notos, & Con-chas eodem pacto deſcripſit, & in Calce Libri, ut in Phyto-baſano fecerat, adiecit. Huic Appendici Aquatilium, & Ter-reſtrium Titulum fecit. Librum hunc univerſum dicavit Mar-tio Columnae Zagarolae Principi, quemadmodum Phytobaſa-num M. Antonio Columnae Cardinali dicaverat. Columna-rum enim Romanorum, utpote genere Maiorum ſuorum, ad-dictiſſimus fuerat Fabius noſter, ab iiſque, ut mos eſt Familiae

illius

illius Nobiliſſimae liberaliter exceptus, & beneficiis cumulatus. Ecphraſis haec Prima una cum Appendice Aquatilium & Terreſtrium edita fuit Romae circa annum 1606. tamen impreſſa Iconibus vacua uſque ad annum 1610. latuit, quo tempore in publicam lucem prodiit, ſed paucis admodum Exemplaribus.

Per ea tempora quum Lynceorum Academia Nobiliſſimo Federico Caeſio Principe Romano multorum Oppidorum Domino inſtituta fuiſſet, & hoc conſilio, ut Mathematicae praeſertim Diſciplinae, Phyſica, & Naturalis Hiſtoria promoverentur; inter primos Academicos Fabius noſter eſt cooptatus, primuſque, ut arbitror Lyncei nomen in Libris publicae protulit. Lynceus igitur factus, ut hoc nomine demereri ſibi non videretur, Lynceis oculis tunc ipſam Naturam perſcrutari, Veterum Servitia deponere, & Res ipſas in ſe ipſis, non in Libris tantum, ut factum plerumque fuerat a Phyſicis antea, inveſtigare. Quare adhibitis acutioribus illis Perſpicillis, ſeu Microſcopiis, quae Principis Caeſii & aliorum Lynceorum Opera tunc primum in magnum Phyſices adiumentum reperta fuerant, ut in Lynceorum Notitia videbimus, Plantas ipſas earumque Flores, Fructus, & Semina; Animalium Viſcera; Animalcula, & Animalculorum Membra contemplari, exactiuſque delineare; Hortatu denique ſuaſuque eiusdem Principis Caeſii Ecphaſin Secundam minus Cognitarum Plantarum curis ſecundis atque inde melioribus cogitare; Hunc Librum Romae edi-
1616 dit anno CIϽIϽCXVI., & Odoardo Farneſio Cardinali nuncupavit. In hac Secunda Ecphraſi Plantae acutius examinantur, & ex Flore, & ex Semine dignoſcenda Plantarum Genera dicit, quod uſque ad illud tempus dictum, factumve fuerat a nemine, ne a Dioſcoride quidem, ut ipſe ait. Quare multa Plantarum Genera contrahit, & ad alia refert, & ut quaedam exempli cauſſa adducam: Cymbalariam ad Linariam Hederae folio revocat. Florem Adonis, & Chelidonium minus ad Ranunculos. Halimum ad Atriplicem, & ſimilia, quod factum optime probatur a Tournefortio noſtrae aetatis Botanicorum Principe in Inſtitutionibus ſuis, & ad eadem ipſa Genera referuntur, quae a Fabio noſtro relata fuerant. Quare praeiviſſe Tournefortio Columnam dicemus, Faceinque ipſi praetuliſſe, Tournefortio ipſo non repugnante, quin immo candide in Praefatione

ne Inftitutionum fuarum Methodum fuam Claffeis, & Genera Plantarum fecundum Flores & Fructus diftribuendi Fabio Columnae, & Andreae Caefalpino Acutiffimis Italis noftris primum deberi fatenti. Imo Tournefortius verba adducit Fabii, quae hanc Doctrinam confirmant, ipfumque afferit primum poft Graecos Florum folia Petali nomine donafse, ut a Plantae foliis diftinguerentur, quod nomen Graeco Fonte detortum a Recentioribus omnibus, nedum a Tournefortio, receptum, vulgatumque fuit. Huic Libro duplicem veluti Appendicem addidit elegantiffimam, doctiffimamque utramque, quarum altera eft de Purpura, de Glofsopetris altera; in prima multa acute & erudite de Veterum Purpura difputat, Animal ipfum fuccum illud gerens, quo Veterum Veftes inficiebantur adducit, & una cum eo varia Muricum, Turbinum, Concharum, & aliorum Teftaceorum Genera. Appendicem hanc primam, feu de Purpura Libellum dicavit Cardinali Iacobo Sannefio, qui Rei Herbariae, & Naturali Hiftoriae favebat, Hortumque Botanicum Romae habebat, cui Praefectus erat Marinus Bonamicus. In eò Horto Hyacinthus rariffimus celebratur, quem Fabius Hyacinthum Sannefium appellavit. Libellum de Purpura avide exceperunt non folum Rei Naturalis Studiofi, fed Eruditi quicumque, quo factum eft ut feorfim recufus fit Kiliae in inferiori Saxonia Anno 1674. Cura & Adnotationibus Io: Danielis Maioris Medici Germani, qui hunc Librum Epifcopo Lubeccenfi Norvvegiae &c. Principi dicavit.

Secunda Appendix continet Tractatum, feu Difsertationem de Glofsopetris, qua oftendit Melitenfes illas Linguas Serpentinas non efse Lapideas, fed Ofseas, & Lamiarum denteis efse. Item in ea Difsertatione multa acute difputat de aliis Rebus Marinis, Terreftribufque, quae in Montibus reperiuntur, fpeciemque Teftaceorum, Offium, & Lapidum Figuratorum exhibent, eafque Res probat exuvias efse vel Animalium Marinorum, vel revera Ofsa Terreftrium Animalium efse, vel denique Marinas Plantas Lapideas, & non Lufus Naturae, ut Philofophi Vulgares plerumque opinabantur. Quare in hac Re praeiviffe quoque videtur Recentioribus, qui quamplurimis editis Libris Hanc Naturalis Hiftoriae Provinciam amplificarunt, & Veterum credulam fimplicitatem folidiffimis rationibus, & experimentis redarguerunt.

Se-

Secundus Ecphrafeως Liber una cum Appendicibus impreffus eft Romae anno 1616. quo tempore recufa etiam fuit Ecphrafis Prima una cum Obfervationibus Aquatilium & Terreftrium. In Prima Ecphrafi (Pag 210.) reperitur Apologetica Epiftola fatis longa ad F. Evangeliftam Quatramium Theologiae Doctorem, & Ferrariae Ducis Rei Herbariae Profefforem de Phu Diofcoridis veriore, quod in Phytobafano afferuerat, in qua Epiftola multa acute docte & erudite contra Adverfarium fuum difputat, ex eaque difputatione difcimus, ut vidimus eum effe I. V. Doctorem, & Neapoli quando Phytobafanum confcripfit numquam exceffiffe, aetatemque xxv. Annorum attigiffe.

Per ea tempora quum Neapoli anno fuperiori mortuus effet Io: Baptifta Porta egregius Philofophus Mechanicae & Docimafticae Philofophiae Inftaurator Primus & Lynceorum Academiae Pro Princeps, in ea Colonia, quae Neapoli erat, Fabius nofter a Caefio Principe Portae fuffectus eft: quo munere functus eft femper Neapoli Fabius, quo ad Hifpaniarum Regis iuffu Academia univerfa illeic fuppreffa fuerit.

Neapolim igitur reverfus, & Principis Lynceorum vices gerens anno 1618. Sambucam Lynceam vernacula Lingua confcripfit, cui in fine Tractatulum de Organo Hydraulico Heronis addidit, Librumque Neapoli edidit, & Paullo V. Pont. Max. dicavit. Sambuca Lyncea Inftrumentum eft Pentecontachordon, fcilicet L. Chordis conftans, cuius figuram affert Fabius, defcriptionem, notafque muficas, & haec omnia tribus Libris explicantur.

Quum Federicus Caefius curaret, ut Hernandi Mexicana Naturae Hiftoria Regis Hifpaniarum iuffu defcripta, & a Nardo Antonio Reccho Medico Monte Corvinate contracta ederetur, & per Lynceos fuos adnotationibus illuftraretur, Fabius ut ei morem gereret operam fuam ipfe quoque ftrenue conlocavit, & datis primum duabus Epiftolis ad Io: Fabrum Doctorem Medicum Romanum, & Summi Pontificis ab Herbariis Recchi Adnotatorem Eruditiffimum, in quibus de Zibethico Animali Fabius multa differit duabus appofitis de hac Fera Iconibus; Quibus non contentus in fine Voluminis Adnotationes copiofas in univerfum Librum Recchi addidit, quae a Pagina 847. ufque ad Paginam 899. continentur. Hae Adnotationes,

Obfer-

Obſervationeſque multa continent dictu acuta de Scientia Botanica, ibique ſaepenumero hanc Scientiam plus in Florum, & Fructuum notitia contineri, quam in Foliis, Caule, & Radicibus, multo minus in aliis Rebus, quae ſunt Plantis extrinſecae. Quamquam & diſcrimina Plantarum a Foliis, a Caule, a Radicibus, & a Rebus quibuſcumque extrinſecis ita minute in iſtis Obſervationibus recenſet, ut cuivis Rei Herbariae Scriptori Methodum aliquam ex his conficere volenti praeiviſſe videatur. Sed quod caput eſt XIII. Iconas Plantarum novarum, & unam Caprae cuiusdam Sylveſtris adiungit inter quas ut Caeſium Principem, & Lynceorum Moecenatem egregium coleret, Plantam Caeſiam a Caeſiorum nomine inſignivit. Item ut gratificaretur Franciſco Cardinali Barbarino Florem quemdam huius Purpurati cognomine inſignivit. Scriptae ſunt hae Adnotationes anno 1628. quo anno Liber Recchi una cum reliquis Lynceis Commentatoribus prodire debuerat, ſed per ea tempora fato functus Caeſius Liber ad multos annos ineditus latuit, donec anno 1651. ope Equitis Caſſiani Putei, & Franciſci Stelluti Lynceorum ſuperſtitum ederetur. His Fabii Adnotationibus praefixam obſervavi duplicem Dedicationem. Libro enim, qui Arimini in Publica Bibliotheca adſervatur Epiſtola Fabii Dedicatoria eſt ad Federicum Caeſium, dataque eſt Neapoli Kalendis Iuniis anno 1628. At in eo qui adſervatur Senis in Publica Auguſtinianorum Bibliotheca, eodem anno eodemque die data eſt alia Dedicatoria Epiſtola ad Franciſcum Cardinalem Barbarinum Vrbani VIII. Pont. Max. ex Fratre Filium. Quare apparet binas Dedicationes hunc Columnae Librum habuiſſe, alteram, quae praefixa eſſet iis Libris qui Romae, & circa hanc Vrbem vulgarentur, alteram, quae iis Libris apponeretur, qui tunc in remotiores Provincias mitterentur. Demulcendus fortaſſe tunc erat Purpuratus ille, & reliqui Romanae Curiae Proceres, qui in Lynceos non ita bene videbantur animati, cuius Rei argumento eſſe non exiguo poterit, vel ſummi Thuſci Lyncei calamitas, cui non multo poſt oborta eſt. Apud Thomam Perellium Virum Doctiſſimum, Amicum noſtrum, & in Piſana Academia Mathematices, & Aſtronomiae Profeſſorem exſtat Recchi Liber, cui in Adnotationibus Columnae praefixa eſt utraque Dedicatio iisdem paginarum numeris.

Poſt-

Poſtquam Fabius haſce Adnotationes conſcripſerat Litteris Vitam obiiſſe credendum eſt, quamquam Vitae Naturali penitus mortuus non fuerit, ſed Octuagenario maior Vitam uſque ad dimidium decimiſeptimi Saeculi protraxerit. Poſt enim id tempus nil umquam ab eo ſcriptum reperitur. Et quaerenti mihi quo nam in Loco poſt ea tempora vixerit, quid egerit, ubi denique ſupremum diem obiierit, ſepultuſque fuerit, poſt longam inquiſitionem allatum eſt extremis Vitae annis longo ſtudio, diuturniſque laboribus velut fractum, & fortaſſe Comitiali Morbo iterum correptum, factum denique eſſe ut Ἀναλφάβητος prorſus evaderet, ut eum vivere nemo amplius noſceret. Verum nonne ſatis is vixiſſe Reipublicae videbitur qui per XL. fere annos tanto ſtudio, tantiſque laboribus in multiplici Doctrina Humano Generi profuit? Dum veram illam Vitam viveret Amicos Litteratos plurimos coluit, & praeſertim Botanicae, & Hiſtoriae Naturalis Studioſos, inter quos Caſparum Bauhinum, Carolum Cluſium ſummos Botanicos, quorum meminit in Libris ſuis, & viciſſima memoratur ab ipſis, & Ferdinandum Imperatum, & Io: Baptiſtam Portam Doctiſſimos Homines Populareis ſuos; Alterum quidem, ut vidimus, egregium Philoſophum Mechanicae & Docimaſticae Philoſophiae Primum Inſtauratorem, Alterum vero Hiſtoriae Naturalis poſt Plinium, & Aelianum, Primum Auctorem. Amicum quoque habuit Gregorium Regienſem Cappuccinum illorum temporum egregium Botanicum, qui paſſim in ſummis Bauhinorum, & Columnae noſtri Libris memoratur. M. item Aurelius Severinus Fabio Columnae Amicus fuit ſingularis, eumque in Libro de Vipera vocat Praeceptorem ſuum Venerandum. Vir enim ingenio miti, & ad contemplandam explicandamque Naturam nato omnibus Rei Naturalis Studioſis amicus erat, nemini infenſus. Quare paſſim a Scriptoribus eius aetatis laudatur, & multo magis ab iis noſtrae; Librique eius ſummo precio expetuntur. Vnicam Controverſiam habuit cum Quatramio illo Ferrarienſi tenui Viro, ut apparet: Soluſque Tobias Aldinus Caeſenas Farneſiani Horti Romae Cuſtos, eo in Libro de Horto illo aliqua in Fabium noſtrum protulit, quod Is Matthiolum, ut Vulgares non veneraretur, & Matthioli fraudes deteſtaretur, ſuppoſitiaſque eius Plantas non admitteret. Paſſim enim Fabius in Libris ſuis

Matthiolum male accipit, at praefertim in Praefatione Primae Ecphrafeως, ubi fic de eo habet: „ Sed quam indigne Pi-
„ cturis illis artificiofe mutilis nos atque feipfum deceperit
„ pudet referre ; Candidiores quidem in hac Parte Tranfal-
„ pinos fateri cogimur, Veriorefque Icones doctiffimis eorum
„ Commentariis appofuiffe Clariffimos Viros Rembertum Do-
„ donaeum, Lobellium & alios, quorum labore, ac doctrina
„ magis, ac magis Medicina illuftrata videtur ; Horum Le-
„ ctione, maximeque doctiffimis Clufii Obfervationibus nos hi-
„ fce Studiis profeciffe fatemur. Sed non defunt alii, inter
„ quos Doctiffimus Cafpar Bauhinus, eiufque Frater, quorum
„ induftria, & Labore Diofcoridis Volumen clarius eft reddi-
„ tus; & ex noftris Ferdinandus Imperatus nemini pofthaben-
„ dus &c. „ En Columnam noftrum qui pofthabito verbofo, vulgari, & deceptore Matthiolo, Dodonaeum, Lobellium, Clufium, Bauhinos Fratres, Imperatum follertiffimos optimofque Botanicos proponit, quippe demum apud Pofteros, Recentiorefque Summorum Doctorum loco femper fuerunt habiti, & habentur. Bonus vero ille Tobias Aldinus, vel melius Petrus Caftellus, qui per ipfum loquebatur (Aldini enim Liber Caftello vulgo accenfetur) Matthioli defertam Cauffam fufcepit, & aliqua pro Matthiolo in Columnam adtulit; Necquicquam, quoniam modo nemo fanus eruditufque eum amplius defendit, & probat. Quare Aldini accufationi Refponfum nullum fecit Fabius, vel quod mortem illam paullo poft obiierit, vel quod fupervacaneum arbitraretur huiufmodi Adverfario refpondere, qui malam defertamque cauffam defendendam tam imperite fufceperat.

IANI





IANI PLANCI

LYNCEORVM NOTITIA.

\~\~

LYnceorum Notitiam, seu Commentaria scripturus eam rationem sequar, quam Martinus Fogelius Hamburgensis sibi proposuerat. Is enim teste Morhofio in Parteis duas Lynceorum Historiam dividebat, quarum altera quidem de Academia generatim Commentaria continebat, altera vero Notitiam, & Gesta Academicorum singulorum complectebatur. Absolutum pene Fogelii Librum testatur idem Auctor, atque in eo esse, ut is quamprimum ederetur. Verum per Humanissimum Virum Tetricum Zimmermannium Nobilem Livoniensem Amicum nostrum, qui sex abheinc annis Hamburgi morabatur diligenter perquirenti mihi, ut apud Fogelii haeredes eam Historiam quaereret, respondit Vir Nobilissimus ab Erudito Viro de Spreckel-

ſen Hamburgenſi accepiſſe Schedas omneis Fogelii poſt eius obitum magni Leibnitii opera in Guelferbytanam Bibliothecam adlatas fuiſſe, & paullo poſt ipſe Zimmermannius quum Guelferbyti eſſet, Schedas omneis, quae ad Lynceorum Hiſtoriam pertinebant, quae duodecim faſciculis continebantur ex ſplendidiſſima illa Bibliotheca exſcripſit, & ad me humaniter miſit Vir Nobiliſſimus, quibus acceptis cognovi non vera a Morhofio praedicari de abſoluta pene Fogelii Lynceorum Hiſtoria, neque de eius Ordine. Schedae enim illae ab Enumeratione Academicorum ſingillatim, ab eorum Immaginibus, & a Rebus aliis Particularibus ordiuntur; deinde Res Academiae ita confuſe deſcribunt; itaque mancae ſunt, ut per quam mutila conſtaret Hiſtoria ex his Schedis tantum. Quare niſi Amici, & Libri pleniōrem notitiam illius Academiae mihi ſuppeditaſſent ieiuna prorſus exſtitiſſet haec mea qualiſcumque de Lynceis Tractatio. Fateor tamen adiumentum non modicum Schedas illas mihi attuliſſe, praeſertim iis in Rebus quae arcanae ſunt, & Fogelius ab Amicis, a Magliabecchio praeſertim, acceperat.

Vt igitur Notitias Coetus illius egregii enarrare exordiar ab eius Auctore, ſeu Inſtitutore Primo incipiam, quo penitus Res univerſa contineri videtur. Is itaque fuit Federicus Federici Caeſii, & Olympiadis Vrſinae Filius, Romanus, Vir Nobiliſſimus. Is ut Romanae Nobilitatis Principes Viri modo ſolent, multorum Oppidorum erat Dominus, ſeu Regulus, quorum Dominatus, ſeu parva Regna, Feuda modo dicuntur, quod aliquo pacto, vel Imperatoris Rom., vel Pontificis Max., vel aliorum maiorum Regum ſint Vectigales, & Titulo vel Principis, vel Ducis, vel Marchionis, vel Comitis, vel Baronis, Dynaſtae huiuſmodi inſigniuntur. Federicus igitur Caeſius Federici Filius Angeli Nepos Princeps Primus S. Angeli & S. Poli, & Marchio II. Montis Coelii Baro Romanus anno aetatis ſuae duodevigeſimo, anno ſcilicet Chriſti CIƆIƆCIII. Lynceorum Academiam inſtituit. Huius Inſtitutionis varia exſtant Publica Monumenta Aere & Gemmis inſculpta, quamquam in his annus primae inſtitutionis ſemper reticeatur. Florentiae enim apud Eruditiſſimum Baronem Philippum Stoſchium, qui egregium Antiquitatis, & omnimodae Eruditionis poſſidet Cimelium tria Numiſmata vidimus, quae ſingula ab una parte imaginem Federici Caeſii Capite Capillato, ſed nudo exhibent

cum

cum Protome Ducali Paludamento induta. Quibus Numifmatis sequentes circumpofitae funt Litterae: FED. CÆSIVS. LYNC. PRINC. ET. INST. P. I. S. A. S. P. M. II. M. CÆL. B. R. Quare Litterae fic facile explicantur: *Federicus Caefius Lynceorum Princeps & Inftitutor. Princeps Primus Sancti Angeli Sancti Poli Marchio Secundus & Montis Caelii. Baro Romanus.* In averfa Parte unum Numifma Palladem Galeatam habet Haftam dextera tenentem, cui circumtortus eft Serpens, & in laeva Scutum gerit, in quo exfculpta eft Albor coronata fupra fex Manticulos infixa; Ad Pedes in dextra Parte eft Canis fedens, & in laeva Noctua fuper Lucernam, & Flos duplex cum foliis, qui Hyacinthus vel Tulipa videtur, & circumpofitae Litterae funt: CÆSIA· PALLAS. In altero Numifmate haec omnia reperiuntur, verum Scutum eft nudum, deeft Canis a dexteris, & Flos magnus a finiftris, fed in dextera Parte parvulus Flos adeft. In alio Numifmate in averfa Parte eft Lynx gradiens intra Coronam Civicam pofita, & Litterae circum hae funt: LYNCEIS· INSTITVTIS. Item apud eumdem Baronem Stofchium Signum exftat in Plumbo, cuius Signi ἀποσφράγισμα eft Lynx gradiens intra Coronam Civicam, cui defuper adeft Marchionis Diadema, & circumpofitae Litterae hae funt: FED· CÆSIO· P· MAR· II· M· CÆL· INSTITVT· LYNCEORVM· PHILOSOPH· CONSESSVS. Quarum Litterarum ex dictis facilis cuivis eft explicatio. Item in Academia Columbinorum, quae Florentiae eft in Pazziorum Aedibus Anuli Smaragdini Signum vidi, cuius Signi ἀποσφράγισμα eft Lynx, cui defuper funt hae Litterae: T· MOL· LYNC· fcilicet *Theophilus Molitor Lynceus*, & infra: F· CÆSI·I· P· *Federicus*, fcilicet, *Caefius Primus Princeps*. Item Anulum ipfum Lynceum Galilaei Florentiae apud Equitem Scalandronum reperiri audivi. Federicus igitur Caefius, ut ex his Numifmatis, & Gemmis, & ex variis Lynceorum, & aliorum Libris apparet fuit Lynceorum Inftitutor, & non Angelus ut fcripfit Erythraeus in fua Pinacotheca, errore fortaffe deceptus, quod S. Angeli diceretur Dynafta, vel potius quod eius Patruus qui inter Rom. Purpuratos erat adfcriptus, qui Cardinales dicuntur Angelus appellaretur, ut & Angelus eft eius Avus, fraterque quoque eius, ut opinor, germanus, Angelus appellabatur, qui Arimini Epifcopus fuit. Vir

fin-

ſingulari Pietate, & Doctrina conſpicuus, ut ex eius editis Synodis apparet, quippe ſaepe ad Populum ſacras conciones per ſe habebat, ut Maiores mei, qui illas audierunt mihi referre ſolebant. Is creatus eſt Arimini Epiſcopus anno 1627. obiitque Venetiis anno 1646. Legatus Pontificis Max. ad eam Remp., ſed eius Cineres Ariminum fuerunt translati, & in Cathedrali Eccleſia ſervantur, ut ex Marmoreo Titulo illis appoſito apparet.

Leges huius Academiae, ſeu Coetus, Conſeſſuſque Philoſophici, ut ab ipſomet Caeſio dicitur, quamquam temporum iniuria ad nos non pervenerint, vel quia adhuc in aliqua Bibliotheca, aut Tabulario lateant, tamen ut ex variis Lynceorum Libris colligimus eae erant, ut Matheſis, ut Phyſica, & ut Hiſtoria Naturae primario coleretur, & id totum non vulgari ratione, in Libris ſcilicet tantum, & in nudis Speculationibus, ut per umbratileis Philoſophos, & pene barbaros uſque ad ea tempora factum fuerat, ſed Lynceis Oculis, & in Rebus ipſis. Quare Lyncem Caeſius Academicis ſuis imitandam propoſuit, quae inter Animalia quaecumque acutius videre dicitur. Ex his apparet poſt renatas Litteras hanc Lynceorum Academiam, Coetum, ſeu Conſeſſum Primum Doctorum Hominum fuiſſe, qui Matheſin, qui Pyhſicam, qui Hiſtoriam Naturae, qui uno verbo Scientias univerſas colerent, & hinc Lynceorum Coetus Prima Scientiarum Academia eſt dicenda. Innumerae enim praeſertim per Italiam Academiae reperiebantur, ſed in iis Res tantum Poëticae colebantur, in quibus nulla ſolida utilitas, ſed tantum puerilis delectatio. Per Italos igitur noſtros primum renata eſt ſolida Philoſophandi Ratio, & per eos eſt aucta; Per Conſeſſum nempe a Caeſio inſtitutum, in quo cum primis locum tenuit Galilaeus, Lucas Valerius, Porta, Fabius Columna, Stellutus, aliique, quos modo non vacat enumerare, per quos & Mathematicae Diſciplinae, & Phyſica univerſa excitata, & amplificata fuit; Quemadmodum & in Italia noſtra, praeſertim per Thuſcos ſapientiſsimos per Petrarcham nempe, & per Boccatium, & per Mediceae Gentis Proceres Latinae Litterae, & Graecae, ſolidaque Eloquentia, & Eruditio renatae erant. Quare Italia, ut magnorum Ingeniorum, ita bonarum Litterarum prima Altrix, & Mater fuit, & merito dici poteſt.

Vt

Vt vero melius munus ſuum perſequerentur Lyncei Caeſius non tantum appoſito Lyncis exemplo, ut eos excitaret, ſed Lege lata, ut quiſque eorum pro Re nata, & Viribus aliquid ſcriberet, & in publicam lucem efferret, quod humanam ſcientiam amplificaret, & humano Generi prodeſſet, quod ut probe exſequerentur mutuis officiis, ſtudiis, & laboribus invicem ſe adiuvare tenebantur, & Obſervationes, aliaque Studia inter ſe conferre, non tantum ſtatis diebus quibus apud ſe in ſuas Aedes convenirent (conveniebant enim inter ſe interdum, ut ex Fogelianis Schedis cognovi contra ac ſcripſerunt aliqui qui Lynceos nullas certas Sedes habuiſſe dixerunt) Sed alia in loca, licet quam maxime ab Vrbe Roma diſſita, ubi primum Academia inſtituta fuerat. Atque ut Academici aliquo publico honore gauderent, poſtquam initiati fuerant eos Diplomate cum adpoſito Signo, quod ſupra memoravimus, & aureo Anulo ornabat, cui concluſus erat Smaragdus in quo Lynx, & Academici, Eiuſque nomen erat inſculptum. Eos denique poſtquam in hoc Collegium erant cooptati, & recepti donis cumulare, blando alloquio ad ſtudia cohortari, & in edendis Libris adiuvare non deſinebat.

Verum quum pauci Homines reperiantur, qui Scientias, ſolidamque Doctrinam colant, pauci itidem fuerunt Lyncei Academici; non enim quiſque vulgaris Doctrinae Homo recipiebatur, ſed Eruditus tantum, & ſolide Doctus, quare non ſolum ii, qui in Vrbe Roma morarentur recepti ſunt, ſed quicumque acris ingenii Vir, qui in aliis Vrbibus, & longinquis Regionibus reperiretur. Inter primos Externos, qui recepti fuerant adnumeratus eſt Io: Baptiſta Porta Neapolitanus Philoſophus inſignis, & qui Mechanicae, & Experimentalis Philoſophiae Inſtitutor Primus dici poteſt. Is ob eius ingentia merita in Philoſophiam univerſam inter primos Lynceos ſenex a Caeſio eſt cooptatus; & quum Lynceorum Academiae Colonia Neapolim eſſet deducenda Porta ab ipſomet Caeſio Lynceorum Princeps eſt creatus qui viceis eius ibi gereret, & quamquam Senex eſſet, ut diximus, attamen duo Volumina Lyncei nomine conſcripſit, & utrumque Principi noſtro dicavit appoſita in utroque Laudatoria Epiſtola, quae Laudes, & Merita Federici Caeſii complectitur. Horum Librorum alter eſt de Diſtillatione, de Aëris Tranſmutationibus alter. Quum Academia Lyncea Neapoli primum Radices egerit, eaſque firmiſſimas propter Neapoli-

ta-

tanorum sublime ingenium; Portae enim tunc adiunctus fuerat Fabius Columna Naturalis Historiae apprime doctus, & in Mathematicis Disciplinis peritus, Caesius cogitabat Domum ibi constituere, in qua esset Hortus pro Scientia Herbaria, & Bibliotheca, in quam Domum Lyncei convenirent, prasertim quum Porta sponderet, si domus haec emeretur fore ut ipse universam eius Bibliothecam, quae multa Voluminum millia continebat Testamento legaret. Permultae apud Fogelium exstant in Schedis Epistolae, in quibus de Emtione Domus huius Philosophicae agitur, & pecuniam iam missam Neapolim narrant, quae Argentarii tamen dolo malo periit, & res infecta mansit. Post Portae obitum in Neapolitana Lynceorum Academia successit Fabius Columna, qui viceis Principis credibile est gessisse, donec ea Hispaniarum Regis iussu disoluta fuerit. Hoc enim pacto ex M. Aurelio Severino Fogelii Schedae Lynceorum Academiam Neapoli dissolutam asserunt, at neque qua de caussa, nec quo tempore id acciderit referunt.

Sed ut ad Studia Federici Caesii revertamur, Is non tantum verbis, & donis Lynceos suos ad scribendum, quod in humani generis utilitatem reperissent, invitabat; sed exemplo suo, qui scribendi finem nullum faciebat, quam maxime excitabat. Conscripserat enim Codicem ingentem, quem Naturae Theatrum appellavit, ex quo varia Volumina depromsit, quae vel eo Vivo edita sunt, vel post eius mortem. Quae Vivus ipse edidit, sunt Apiarium, ubi Mellis fabrica, ceteraque Apum artificiosa Opera describuntur. Liber de Coelo in quo probare contendebat vel ex S. S. P. P. Auctoritate Coelum esse fluidum. Librum item aiunt edidisse, cui titulus erat Prodigiorum omnium Physica Expositio. Et quum Aquaespartae creatus fuerit Dux I., quod Oppidum in Tudertina Ditione est, & ibi copia ingens Ligni Fossilis detecta fuerit, & hoc fossilis genus, quum aliquid metallici in se habere ipsi videretur, Metallophyton appellavit, analogia deducta a Lithophytis, & Ceratophytis, quae Plantarum Genera aliquid in se Lapidosi, vel Cornei habeant; Librumque cui Metallophyton nomen fecerat, conscripsit, & Vrbano VIII. Pont. Max. dicavit. Notamus heic obiter circa hunc Librum & Gryseam Ambram inter Metallophyta Ipsum recensuisse. Verum nec Grysea Ambra Metallophyum est: neque Metallophyton dici potest Lignum suum fossile. Prima enim

est

eſt genus Bituminis; Alterum vero genuinum eſt Ligni genus, quod in aliis Montibus reperitur, eo vel ab univerſali Cataclyſmo delatum, ut pleriqne hodie cum Woodwardo arbitrantur, vel alia magna Orbis Terrarum Revolutione. Poſt eius mortem a Stelluto Tabulae eius Phytoſophicae editae ſunt, quas male Philoſophicas Erythraeus, & Morhoſius appellarunt; Ex eius Larario, ut Stellutus loquitur, depromtae ſunt, & in Calce Libri Recchi adiectae. Codex ille ingens, ſeu Naturae Theatrum non tantum Res Naturaleis complectebatur, ſed per multae Obſervationes in eo erant, quae ad Mores, & ad Rei tum Publicae, tum Familiaris adminiſtrationem pertinerent. Haec omnia inedita una cum iis, quae ad Phyſicam ſpectabant, relicta ſunt.

Verum Opus ingens quod ipſe Vivens molitus eſt, & cui Vivo parum abfuit quin ederetur, eſt Liber Franciſci Hernandi in Mexicana Vrbe Medici Primarii, quo Libro Auctor Regis Hiſpaniarum iuſſu materiam medicam & Phyſicam univerſam ex toto Mexicano Regno conquiſierat. Huius Libri ſeu ingentes Hernandi Obſervationes, quae in eo Libro continebantur a Nardo Antonio Reccho Montecorvinate, & in Hiſpania Medico eodem Rege iubente contractae fuerunt, & in decem Libros digeſtae. Quum igitur Federicus Caeſius a M. Ant. Petilio Recchi Sororis Filio Exemplar huius Libri accepiſſet, ſtatim de ſuo incidendas curavit Plantas omneis, & Animalia, quae in decem illis Libris continebantur; Et hos Libros variis Lynceis ſuis inluſtrandos dedit; Quorum Inluſtrator, ſeu Commentator Primus fuit Io: Terrentius Lynceus Conſtantienſis, qui adnotationes varias loco vario his Libris adpoſuit, & Plantas multas Poſtremis Paginis adiecit. Is erat Vir acutus & probus, qui poſteaquam eas adnotationes conſcripſerat in vaſtiſſimum Sinarum Regnum ſeceſſit, & Hyathimi prope Sutchenum in ipſa Sinarum remotiſſima Regione ſedem ſuam conlocavit. Ipſe vocatur a Fabio Columna in Adnotationibus, quas ipſe quoque in Recchum fecerat, Collega ſuus Lynceus, & Vir omni doctrina ornatiſſimus, ac Naturalium Rerum ſtudioſiſſimus. Is ad Io: Fabrum Lynceum, & Recchi Adnotatorem alterum ex ipſa Hyathimo Sinarum Vrbe Epiſtolam conſcripſit de variis Rebus Naturalibus, quae relata eſt inter eiusdem Ioannis Fabri Commentaria (Pag. 556.) Quod in Sinarum Re-

gnum secesserit suspicantur aliqui ipsum in Loyolitarum castra transiisse, nomenque suum Ordini illi splendidissimo dedisse. Tunc enim fere Loyolitae soli in illas Regiones secedebant; Fabius enim Columna, vel eius Typographus ad Lectorem in Ecphrasi II. sic de Lynceis ait. „ In hoc autem Stadio Philosophico tam „ suaviter decurrunt, ut ex continua Rerum Naturalium „ contemplatione, & magni illius naturae Libri lectione ali- „ qui horum adeo ex admiratione versus Philosophiam accensi, „ & ex Philosophia versus Creatorem amore succensi fuerint, „ ut etiam religiosam vitam amplecti voluerint, quo nempe „ maiore, eaque, qua fieri potest perfectione in hoc Mundo „ post divinas meditationes sublunarium rerum contemplationi „ vacarent „. Verum quicquid sit de genere Vitae, quam sibi elegerit Lynceus Terrentius, ex suis Adnotationibus, & ex data eius Epistola apparet ipsum Virum acutum exstitisse. Acute enim Primus recte disputavit Opii vim frigidae non esse naturae, sed calidissimae instar Spiritus Vini; & dolet Europaeos metu huius suppostitiae frigiditatis Opio interdum abstineri, & sic, ut optime ait, Plureis ex nostris ad Orcum mitti, qui Opio, Datura, & Mandragora, ceterisque Narcoticis sanari potuissent, vel dolores saltem ingentes iis deliniri; Confirmatque Observatione ipsiusmet Fabri Opium frigidae non esse naturae, quod is in Lethargo invenerit Membranas Cerebri inflammatas.

Secundus Recchi Inlustrator fuit Ioannes Faber modo memoratus Lynceus & ipse Patria Bambergensis Medicus Romanus, & Vrbani VIII. Pont. Max. ab Herbario. Is scripsit Adnotationes amplissimas in Recchum, multaque adiecit de suo, praesertim ad Animalia; Dicavitque has suas Adnotationes, Additionesque Francisco Card. Barberino Vrbani VIII. ex fratre filio. Opus suum complevit ipsis Kalendis Ianuariis anni solemnis ut ipse loquitur 1625. Dedicatoriaque eius Epistola data est e Museo suo ad Pantheon Agrippae. Hae Fabri Expositiones amplissimae sunt, ut diximus, & multa ad Historiam Lynceorum continent, multaque ad Rem Medicam, Anatomicam Physicamque, quae Scientiae Lynceorum industria tunc primum promovebantur, atque in maiorem dignitatem per ipsos in dies veniebant. Fuerat enim Faber acutus & ipse vereque Lynceus, & Andreae Caesalpini summi Philosophi, &

Me-

Medici, Anatomici, & Botanici Hiftoriaeque Naturae Periti Difcipulus. Amicos multos, Lynceos praefertim, coluit, quorum Inventa, Obfervationes, & praeclara Gefta in haec Commentaria congeffit, ut & Lynceorum, eorumque Actorum Hiftoria ex his confici poffe videatur. Praeter Lynceos alios quoque Doctos Homines coluit in Rebus Phyficis praefertim & Anatomicis exercitatos; Inter quos maxime commemorandus venit Iulius Mancinus Ilcinenfis Vrbani VIII. Pont. Maximi Archiater, qui de Vrbe Senarum, & de univerfa Senenfi Provincia valde eft promeritus, quum Teftamento ex Affe XXIIII. Senenfeis Adolefcenteis Haeredes reliquerit, ut per VII. vel per V. annos finguli perpetuo alerentur, ut Philofophiae, Medicinae, vel Iuris Scientiae operam darent. Is a Fabro dicitur Anatomicus infignis. Praeter Mancinum coluit & Angelum Colium Senenfem, qui ipfi Philofophus, & Mathematicus dicitur, & Medicus ftrenuus, Sociufque fuus in Anatomicis, quo cum centena Hominum Cadavera fimul diffecuiffe occafione Sectionis Mulieris Hydrophobae, ait. Item Amicus fuit M. Antonii Vlmi Medici Bononienfis, acutiffimi qui, ut refert, vocare folebat Ariftotelem Hominem feliciffimum, qui tot Sectatores habuerit, qui in eius verba claufis oculis imprudenter iurarent, damnareque folebat Pofterorum defidiam, qui Ariftotelis verbis acquiefcerent, ut ne latum quidem unguem, ut aiunt, focordia quadam ab ipfo difcederent. Coluit denique Francifcum Gualdum Equitem Ariminenfem, qui Romae Mufeum Antiquitatis, & Rerum Naturalium poffidebat, cuius meminit occafione Crocodili, qui apud ipfum fervabatur. Huius Romae variis in locis vifuntur Antiquitatis publica Monumenta, quae ipfe conlocavit, Populoque Rom. donavit. Fabri Liber explicit, ut ipfe ait, e Mufeo fuo ad Minervam a. d. XVII. Kal. Martias anno CIƆIƆCXXVIII. aetatis fuae anno LIII. Adnotationes Fabri Paginis CCCLXXIX. continentur doctis quidem & eruditis, & feorfim quoque ab aliis Commentatoribus editae reperiuntur.

Poft Fabri Expofitiones veniunt illae Fabii Columnae Lyncei eximii, qui ut morem gereret Federico Caefio Principi non folum Adnotationes in Recchum fcripfit, quae LII. Paginis, & XIV. Tabulis continentur, fed ut in eius Vita diximus, Ecphrafim II. Plantarum minus cognitarum confcripfit, & vulgavit,

 Haec

Hae Fabii adnotationes duplicem Inſcriptionem, ſeu duplicem Dedicatoriam Epiſtolam habent eodemet anno & die datam; Altera enim eſt ad Cardinalem Franciſcum Barberinum; altera vero ad Caeſium Principem, cuius rei ratio legi poteſt in Fabii Vita. Verum quicquid ſit de biformi hac Dedicatione, ex innumeris aliis Fabii Locis apparet ipſum Caeſio Principi addictiſſimum fuiſſe, qui Plantam in his Adnotationibus Caeſiam ipſi dicaverit, in eaque deſcribenda effuſiſſimus fuit in Caeſii Laudes. Adnotationes Fabii doctae admodum ſunt, & univerſam Scientiam Botanicam tum Florum & Fructuum contemplatione, quibus ipſa potiſſimum continetur, tum Foliorum, Caulium, Caudicum, & Radicum, ceterarumque Partium Plantarum indagine, ut Rationes variae, ſeu Methodi ex his confici poſſint ad Plantas in varias Claſſeis, & Genera diſponendas, ut in Fabii Vita diximus.

Poſt Fabii doctas has Adnotationes Librum Recchi claudunt ipſius Federici Caeſii Principis Tabulae Phytoſophicae, quas imperite nonnulli Philoſophicas appellarunt. Hae ſunt veluti Inſtitutiones Plantarum per Tabulas digeſtae, ut mos erat illis temporibus res ad Scientias pertinenteis digerere. Hae mancae ſunt in fine; editae enim ſunt diu poſt eius mortem Franciſci Stelluti praeſertim Opera Lyncei doctiſſimi, Caeſiique Principis familiaris amantiſſimi, qui has Tabulas e Larario ipſo Caeſii, ut loquitur, digeſſit; & Epiſtola Dedicatoria ad Rodericum Mendozzam Legatum Extraordinarium Regis Hiſpaniarum ad Innocentium X. Pont. Max. anno CIƆIƆCLI. data, luctu, & querimoniis Stellutus Caeſium ſuum proſequitur. In his Tabulis Federico Caeſio aliis Titulis ille Aquaeſpartae Ducis additus fuit, ut & in aliis Poſterioribus Lynceorum Libris factum fuerat. Aquaeſpartae enim Dynaſtia Caeſio in fine eius Vitae obvenit, in eaque etiam modo, ut accepimus, adſunt in Principis Aedibus Picturae variae a Caeſio poſitae, quibus & Graecorum Sapientum Gnomis, variiſque Emblematibus Lynceorum Academia deſcribitur, inluſtratur, Academiaeque Lynceae ſtudia enarrantur; Lynxque ipſa cur propoſita ſit exponitur. In hanc enim Aquaeſpartianam Aedem ruſticandi cauſſa Autumnali tempore venire ſolebat Caeſius, & ſecum ſemper Lynceos ſuos aliquot adducere, inter quos in primis Stellutum. Ruſticationis huius exemplum ſingulare in Vita Virginii Caeſarini Lyncei a Favorito, & a Riquio conſcripta habemus, quod muni-

ficentiae, & magnitudinis animi Caesii nostri sempiternum erit monumentum. Praesul enim ille Lynceus, & Vrbani VIII. P. M. a Cubiculo, quum adsiduo studio, & labore morbum quemdam diuturnum contraxisset, quem Tabem dixeris, qua ut curaretur, quum Roma discessisset; ut Bononiam peteret, opinione & fama Medicorum Bononiensium permotus; Bononiae enim medendi ars semper floruit; Verum in itinere obviam factus ei Federicus Caesius ultra progredi non finit, & in Oppidum suum Aquaespartae adducit. Ibique ut Sanitatis recuperandae desiderio, ne privaretur Claudium Achillinum Philosophum Bononiensem, & Poetam ea tempestate universae Galliae Cisalpinae opinione nemini secundum, & Petrum Poterium egregium Medicum, atque in Rebus Chymicis apprime versatum, quibus Virginius addictissimus erat & ipse, advocari Bononia magnis sumtibus iussit, & per duos menseis Aquaespartae, ut Amico, & Lynceo suo Caesarino frueretur, aluit; Quo factum est, ut multum morbus ei remitteret, ut sanus plane factus videretur, atque in primis Vocem, quam Vlcere in faucibus pene amiserat recuperaret, qua laetus, ut Poeta erat egregius Carmen elegiacum de recuperata Voce edidit, in quo, & gratus Caesio Principi se ostendit, & in fine apostrophe ad Galilaeum Lynceum & ipsum summum Mathematicum reperitur. Non solum Medicos, Poetas, & Philosophos Bononienses accersivit Caesius in Amici gratiam, sed alios quoque doctos homines, inter quos Riquius Belga Ioannem Ciampolum Florentinum, & Hadrianum Canalem memorat. His officiis magnifice Lynceos suos prosequebatur Caesius; & Romae tum erudiendi, tum oblectandi animi caussa Hortum Botanicum rariorum Plantarum instruxit, & Bibliothecam, & Museum, quibus Lyncei tamquam Rebus propriis ad eorum studia utebantur. Bibliotheca vero Lynceorum aucta fuit Libris Virginii Caesarini, qui quum non multo post morbus ei recrudesceret, mortem obivit, & beneficii memor Librorum suorum usum Caesio, Lynceorumque Bibliothecae testamento reliquit. Bibliothecae Lynceorum Praefectus erat Iustus Riquius Lynceus Belga Canonicus Gandavensis, qui Virginii Caesarini Vitam conscripsit. De Horto Caesii Botanico, & de Museo testimonium habemus apud Terrentium in Recchi Commentario, ubi inter rariores Plantas Papaver Spinosum memorat. Et quum in Civitel-

tella Caesia Oppido suo magnam vim Herbae Scorzonerae Hispanicae similem abundè provenire comperisset, quae tunc pro magno Antidoto ad malignas febreis praedicabatur, ut & hodie vulgo, ex ea Aquam multam exstillari iussit in publicam salutem. Quumque per ea tempora rumor de Telescopii usu, cuius fabrica penes Batavos erat, percrebuisset. Caesius ipse per se ex Theoria, quam ex Libris Portae de Perspicillis acceperat Telescopia, & Microscopia confecit, eaque multis Romae Magnatibus, & Studiosis Viris dono dedit; Primusque has voces Telescopii, & Microscopii e Graeco Fonte detortas invenit, ut Instrumenta illa nominaret, & Primus item usus est Microscopio ad arcana terrestria, & proquinquiora detegenda, ut Galilaeus, qui per ea tempora, scilicet anno CIↃIↃCXI. Lynceus creatus fuerat, usus erat ad Caelestia & remotiora aperienda. Observavit in primis Caesius Semina minutissima in Filicum genere, praesertim in Polypodio; Et quia huiusmodi Plantae Flores, & Semen in Tergo Foliorum gerunt Tergifoetas appellavit. Post Caesium primus Microscopio maxime usus est Stellutus, ut apparet praesertim in Anatome, & Descriptione Apum, quam Vrbano VIII. Pon. Max dicavit, in qua Apum Partes, & Membra minutissima Microscopio aucta pulcherrimis Aeneis Tabulis exprimuntur. Item Curculionis Animalis minimi forma eadem Arte apud ipsum in Persii Expositione effingitur. Per Italos igitur nostros, eosque Lynceos primum Microscopii patuit usus, isque optimus, quo deinde tot Naturae Arcana per alios, qui eos imitati sunt nota fuere. Per Io: item Baptistam Portam Lynceum inventa est eo tempore Machina simplicissima quidem, sed admirabilis *Sclopetus Pneumaticus* dicta, qua aëre compresso Globuli eodem pene impetu iaciuntur, ac accenso Pyrio Pulvere in Metallicis fistulis. Machina haec tunc maxime vulgata fuit a Vincentio Vincentii Vrbinate, qui eam venalem reddiderat; de eaque post Portam explicationem dedit Io: Faber Lynceus in Commentario illo Mexicanarum Rerum, seu melius dicas in Penu illo omnimodae Scientiae, & Eruditionis, ubi id totum per condensatum Aërem sapienter fieri ostendit, & acute reprobat Aristoetlem, qui Aëris condensatione Aquam gigni perperam arbitrabatur. Aëris igitur Condensatio primum per Lynceos patuit, eiusque vires aliquo pacto, quae per eius Elaterium deinde fuerunt ex-

pli-

plicatae. Item per Lynceos Generatio ex Putri primum expungi coepit, ut apparet ex Fabro, qui in eodem Commentario de Oſtreis & Conchis Margaritiferis loquens, eas non ut vulgus, ſed ex Ovis foecundatis oriri arbitratur. Quod in Oſtreis & Conchis innuit Faber, id Redius, Malpighiuſque Lyncei re ſi non nomine & ipſi perſequuti ſunt in Animantibus cunctis, & putrem illam Veterum geneſim omnino profligarunt. Tacebo quid per Teleſcopium praeſtitum ſit a Lynceis, & praeſertim a Galilaeo, qui ſi non illius Inſtrumenti Primus Auctor, at ipſum ita perfecit, & propagavit, ut eo nomine vulgo etiam inſigniatur. Eodem fere anno quo Galilaeus inter Lynceos adſcriptus fuit, & Stellas Mediceas circa Iovem, & Venerem falcatam, & maculas in ſole detexit, Saturnumque ſuo Anulo velut Tricorporeum vulgavit, quibus inventis nomen eius donec Terrarum Moles ſtabit immortale manebit, & quiſque in ſaniori Philoſophia eruditus merita eius celebrabit, quibus non tantum Aſtronomia, Phyſica, ſed Geographia & Nautica, Artes Humano Generi utiliſſimae ſuaviſſimaeque amplificatae ſunt. Galilaeus enim non ſolum nomine ſed re vera Lynceus exſtitit, qui ſuos Libros hoc titulo inſigniri voluit omneis, quique ceteris Lynceis amiciſſimus fuit, praeſertim Federico Caeſio Lynceorum Principi, ad quem plureis Litteras de Rebus Aſtronomicis ſcripſit, quae inter illas a Buliſone collectas editae inveniuntur.

Ex his praeclaris Lynceorum Inventis, Meritiſque in Genus Humanum apparet quam inique quidam fuerint erga ipſos, & praeſertim qui erga eorum Principem erant infenſi; Quorum cum primis agmen ducit Auguſtinus Favoritus, qui Virginii Caeſarini Lyncei Vitam ſcripſit, ſtilo quidem eleganti, & nitido, at ubique Lynceos carpit, & perſtringit. Ait enim de Lynceis, & praeſertim de Caeſio, & de Galilaeo eos ſe gloriari quaſi e Caelo veram germanamque Philoſophiam devocaſſe, eoſque Experimentis conari, ut Veterem omnem Philoſophiam, Ariſtotelis in primis everterent. Vocat propterea Virginium Caeſarinum quod ad Lynceos tranſierit, Veteris Militiae Deſertor, & Transfuga, & de Lynceorum Principe Fed. Caeſio, Viro Sapientiſſimo, dicere non erubeſcit ipſum potius Litterarum fuiſſe amatorem, quam peritum, quo mortuo Lynceos, qui ut ait, nullas certas Sedes conveniendi habebant, ſed

tan-

tantum ſplendore quodam, & Anuli myſterio eorum Diſcipli-
na continebatur, diſperſos fuiſſe, ut illius Academiae, vix te-
nuis Aura ad Poſteros pervenerit. Sic Morhofius ridet Lynceos,
quod Qualitates occultas Peripateticorum exploſerint, & De-
monſtratiunculas, ut ait, ex Perſpicillis ſubrogaverint, & ex
Mechanica Particularum Figura depromtas. Iuſtus Riquius Bel-
ga Lynceus in Vita Virginii Caeſarini ait, aliquos etiam ipſum
Lyncei nomen ſubamare vellicaſſe, quaſi Typhum quemdam
redolens, & caſtigatae modeſtiae excedens. Verum Lynceorum
Obtrectatores, & Invidi ſilere coacti ſunt tot egregiis, ut vi-
dimus, in Philoſophia Repertis, quibus Humanum Genus, ve-
lut totidem Beneficiis cumulatum fuit, ut meritas pro iis gra-
tes impar reddere videatur, praeſertim Federico Auctori, &
tantorum Bonorum Promotori; Neque Lyncei nomen quem-
piam offendet, qui ſi, ut vidimus, conſiderabit, eos hoc nomi-
ne praecipue appellari, quod Lyncem acute videntem Animal
in rimandis Naturae Arcanis ſectarentur, & non Talpam, vul-
gareiſque quasdam alias hebetes Beſtias imitarentur, quae acie
oculorum quamminime uterentur; Praeſertim quum Lyncei non
tantum oculorum, quam Mentis acie uterentur.

Verum ut a Lynceis generatim ad eos ſingillatim devenia-
mus, & in primis ad Federicum Caeſium eorum Principem,
quo univerſa pene Lynceorum Academia continetur. Is non
tantum Philoſophica Vita contentus, ut Doctis Hominibus pro-
deſſet, & eſſet gratus, ſed etiam in Republica Coetuque Ho-
minum verſatus eſt; Quare ut eſſet Bonus Civis, Familiaeque
ſuae Nobiliſſimae Propagator, quam ab antiqua Gente Roma-
na Caeſia deducebat: ut apparet e Libro magnifice Bononiae
anno CIↃIↃLXXXII. edito de Priſca Caeſiorum Gente Io: Baptiſta
Fonteio Auctore, & Iulio Iacobonio Additore ad Donatum
Caeſium Cardinalem, & Bononiae Legatum; Vxorem duxit
Artemiſiam Columnam, qua ſine Liberis fato functa, Iſabel-
lam Salviatam ſecundis Nuptiis deſponſavit, ex qua unicam
filiam ſuſcepit, quae Paullo Sfortiae nupſit. Varia item itine-
ra fecit, & in Schedis Fogelianis memoratur ipſe Neapolim
primum iviſſe ſecum comitem ducens Nobilem Senenſem ex
Orlandina familia Virum optimi ingenii, & ſpectatae eruditio-
nis, & Franciſcum Stellutum. Neapoli Io: Baptiſtae Portae
Bibliothecam, & Ferdinandi Imperati inviſit Muſeum. Devo-
tio-

tionis cauſſa ter viſitavit Nobile Lauretanum in Picoeno Fanum, Virginemque illam Parathalaſſiam. In Primo Laureti Religioſo Itinere, qui ei contigit anno CIↃIↃCVIII. ſecum adduxit Anaſtaſium de Filiis Lynceum, & Monachum quemdam ex Ordine Franciſcanorum, qui amicus erat Patri Matrique eius, & Franciſcum Mataluccium Tudertinum, & Ioannem Picolinum a Secretis. Reliqua duo Religioſa Itinera una cum Iſabella Salviata Secunda eius Vxore ſuſcepit, eos comitante ſemper Franciſco Mataluccio, & nobili alio Tudertino ex Cittadina Gente. In his tribus Lauretanis Itineribus ſemper liberaliter Fabriani exceptus fuit a Franciſco Stelluto Lynceo, & Io: Baptiſta Stelluto Franciſci Fratre viro erudito & ipſo.

Verum in florenti adhuc aetate morbo acuto, & pene repentino conreptus mortem obiit Federicus Caeſius anno CIↃIↃCXXX. aetatis ſuae XLV. inteſtatus unicam Filiam reliquens; Sed maiorem ſui deſiderium reliquit ob ingentia merita in Litteras, & in Litteratos Homines. Eo mortuo Academia quoque Lynceorum, quae per XXVII. annos floruerat, conſeneſcere coepit; nam qui eam aleret, animaretque non reperiebatur; Imo quum per ea tempora Neapoli Auctoritate Regia fuerit, teſtante Severino, ut vidimus, eius maior Colonia ſuppreſſa; Et ſequenti anno, quum magno Thuſco Lynceo luctuoſa illa calamitas obvenerit, parum abfuit, quin ipſa penitus exſtincta fuerit. At non exſtincta penitus fuit. Nam Franciſci Cardinalis Barberini tutela, qui Lynceis nomen dederat & ipſe, ſuſtentata aliquo pacto fuit, & Lynceorum nomen uſque ad dimidium Saeculi Decimiſeptimi in eorum Libris celebratum, ut apparet ex Libro Franciſci Stelluti de Ligno Foſſili, qui editus fuit Romae anno CIↃIↃCXXXVII. & eidem Purpurato dicatus. Sic ex editione Hiſtoriae Mexicanae cum Lynceorum Commentariis, quae univerſa eodem Stelluto curante circa annum tantum CIↃIↃCLI. abſoluta lucem vidit.

Hactenus Hiſtoriam, Notitiamve Academiae Lynceorum, & Vitam Federici Caeſii, qua potiſſimum Academia illa continebatur, perſequuti ſumus, nunc reliquum eſt, ut ad Notitiam Academicorum ſingulorum deſcendamus; Quod antequam facio παρέργȣ loco dicam, praeter illa maiora Lynceorum Studia, & praeter praeclara illorum Inventa, in Fogelianis Schedis memorari, immo deſcribi Arcanum quoddam Lynceorum

Alphabetum quo eorum myſteria inter ſe communicarent. Alphabetum illud XIX. Characteribus, ſeu Litteris conſtabat; Compoſitum enim erat ex ſeptem Planetarum, & ex duodecim Zodiaci Notis; Verum quamquam fortaſſe ab aliquo Lynceo excogitatum fuerit Alphabetum illud, tamen credibile eſt neminem eorum eo uſum fuiſſe, quum in eorum Libris ne veſtigium quidem huius Alphabeti relictum ſit, neque in Annulis, neque in Signis, neque in Caeſii de Lynceis Numiſmatis, quae retulimus. In Libris enim, in Annulis, in Signis, ac denique in Numiſmatis ſemper Litterae Latinae cernuntur. Novae enim Litterae nullam utilitatem afferunt Studioſis, immo novum, & maximum incommodum creant. Optandum ſane eſſet, ut Alphabeta univerſa, & Linguae variae Hominum penitus delerentur, unico tantum Alphabeto, unicaque Lingua relictis, quibus ſolis Homines inter ſe ſcriberent, & loquerentur, quibuſque expeditius res ipſas contemplarentur, ſublato longo Linguarum, & diverſarum Litterarum Studio, & tedio, quibus Scientia Humana, dum in his moramur, retardatur, & interdum penitus obtunditur, & deficit. In Fogelianis Schedis memoratur etiam a Lynceis ſuſceptum negotium cum Legato Imperatoris Rom. ut is eſſet eorum Academiae Defenſor; Inſuper in illis Schedis aliquae Epiſtolae Portae ad Caeſium leguntur, quibus cognoſcimus in animo ipſi fuiſſe, ut Academici Lyncei, quemadmodum in Academiam cooptati, Annulo, & Publico Diplomate ſeu Matricula donabantur, ita quadam ſolemni Veſte decorarentur, ut eorum Coetus eſſet quaſi quidam Equeſtris Ordo Sacer, qui non Armis, ſed Litteris Humano Generi prodeſſent, Homineſque ab erroribus, qui ipſis magis infeſti ſunt, quam Barbari, liberarent. Verum ut apparet, hoc Portae faſtoſum cogitatum a reliquis Sociis non fuit receptum, ſed tantum contenti ſunt privatis eorum Studiis ſine faſtu mutuo inter ſe adiuvari, ut eorum Inſtitutum ferebat, & unâ aliquid vere ſolidum in publicam utilitatem proferre.

LYN-

LYNCEORVM

CATALOGVS.

I.

FEdericus Caesius Academiae Institutor, & Princeps perpetuus, cuius Vitam, & Gesta in Generali Lynceorum Notitia persequuti sumus. Heic summatim de eo notamus Academiam Anno CIↃIↃCIII. Aetatis suae XVIII. instituisse; Mortuum vero esse Anno CIↃIↃCXXX. Aetatis suae XLV. Praeclara eius Gesta, praeter Academiae Institutionem, sunt varia Opera edita, ut Apiarium, de Metallophytis, de Caelo, de Prodigiis, Tabulae Phytosophicae; Et per multa alia inedita, quae in magno eius Codice continebantur Theatro Naturae appellato. Suis impensis item curavit, ut varii Lynceorum Libri ederentur, & praesertim Historia, seu Thesaurus Rerum Mexicanarum, Auctoribus Hernando, & Reccho, & Commentatoribus Lynceis suis Terrentio, Fabro, & Columna. Telescopium, Microscopiumque vel invenit, vel inter primos eorum usum propagavit, eaque his nominibus donavit. Bibliothecam in Lynceorum usum habuit utilem magis, quam copiosam, quae aucta fuit Bibliotheca Virginii Caesarini. Museum item habuit Rerum Naturalium eodem ingenio ac Bibliotheca instructum. Item Hortum Botanicum Rariorum Plantarum refertum. Bibliothecae praefecit Iustum Riquium Belgam Canonicum Gandavensem Lynceum, & Horto Botanico Io: Baptistam Wintherium Bavarum Medicum suum: Ex Lancisio in Tractatu de Fungis ad Lud. Ferdinandum Marsilium apparet Federicum Caesium curasse ut Plantae depingerentur, praesertim Fungi. Ait enim Lancisius in privata Clementis XI. Pont. Max. Bibliotheca plureis Codices reperiri cum Caesii Insignibus ubi Fungi depicti erant varii, ut Aquaespartae, Caesiae, & in aliis Caesiorum Oppidis nati. Vxorem primum habuit Artemisiam Columnam, qua mortua Isabellam

Salviatam duxit, ex qua Olympiadem filiam unicam ſuſcepit, quae Paullo Sfortiae nupſit.

II.

Ioannem Baptiſtam Portam egregium Philoſophum Neapolitanum poſt Caeſium inter Lynceos primum nominamus. Is enim inter primos nomen ſuum Academiae Lynceae dedit, & paullo poſt eiusdem Academiae Neapoli fuit Propagator, ut Pro Princeps illius Coloniae a Caeſio crearetur. Antea plurimos Libros varii argumenti, doctos quidem, & curioſos ediderat, per quos tamen, ut per illos Cardani Mediolanenſis eiusdem ingenii Viri, Docimaſtica, & Mechanica Philoſophia inſtaurari coepit. Heic tantum memoramus duos, quos, poſteaquam Academicus Lynceus fuerat creatus edidit; Vtrumque Federico Caeſio Lynceorum Principi dicavit; Et in Praefatione utriuſque Laudes & Merita Principis illius Munificentiſſimi eſt perſequutus. Primus eſt de Diſtillatione Romae editus anno CIƆIƆCVIII. Secundo de Aëris Tranſmutationibus Titulum fecit, in quo de iis, quae ex Aëre, vel in Aëre oriuntur agit. Is editus eſt itidem Romae anno CIƆIƆCXIV. Typis Iacobi Maſcardi, qui Typographus Lynceorum videtur fuiſſe, ut ex Editione variorum Librorum Lynceorum apparebit. Sequenti anno obiit Aetatis ſuae LXX. Natus enim erat anno Chriſti CIƆIƆXLV. In Muſeo Eruditiſſimi Baronis Stoſchii reperitur Numiſma in honorem Io: Baptiſtae Portae percuſſum cum Portae Protome Paludamento Caeſii ſimili ornata, quod fortaſſe Lynceorum erat publica Veſtis, quam Porta excogitaverat, cuius in generali Lynceorum Notitia meminimus. Circumpoſitae Litterae hae ſunt. IOAN. BAPT. PORTA· LYNCEVS· NEAPOL·. In averſa Numiſmatis Parte adeſt Vir Nudus capillis paſſis, cui ex vertice capitis prodit Ignis. Dextra globum tenet, & Siniſtra Cornu Abundantiae inverſum. Vir iſte prodiiſſe videtur ex Rupe quae a tergo eſt patefactis duabus valvis, quae in ea ſunt. Epigraphe circumpoſita NATVRA· RECLVSA.

Fa-

III.

Fabius Columna Hieronymi Filius Patria Neapolitanus genere Romanus, cuius Vitam feorfim fcripfimus. Is poft Portam inter primos Lynceos adnumeratus eft, Portaeque in Proprincipatu Coloniae Lynceae Neapoli fucceffit. Antequam Lynceus crearetur edidit Neapoli Phytobafanum Anno CIƆIƆXCII. Lynceus creatus, & Lyncei Titulo, edidit Romae apud Mafcardum anno CIƆIƆCVI. Ecphrafim fuam Primam Stirpium minus cognitarum cum Appendice, quae Obfervationes continet de Aquatilibus. Opus hoc una cum Ecphrafi II. & cum duabus aliis Appendicibus, altera de Purpura, de Gloffopetris altera edidit iterum Romae apud eumdem Mafcardum anno CIƆIƆCXVI. Paullus Bocconus meminit huius Difsertationis Fabii de Gloffopetris in eo Libro quem gallice variis Epiftolis confcripfit, cui Titulus eft: *Obfervationes Naturales*. Vocatque ibi inepte Epiftola ultima (pag. 319.) Fabium Columnam Academicum Lynceum, quod valde acutus Homo fuerit, clariufque viderit in inquirendis cauffis naturalibus. Ignoravit enim Bocconus Siculus, & Fabii pene Popularis Romae, & Neapoli Lynceorum fuiffe Caefianam Academiam. Sambucam Lynceam Vernacula Lingua edidit Neapoli anno CIƆIƆCXVIII. Typis Conftantini Vitalis. Commentaria, feu Adnotationes in Recchum fcripfit Anno CIƆIƆCXXVIII. eaque an magis Francifco Cardinali Barberino, an Federico Caefio dicaverit ambigitur; Vtrique enim poftat Epiftola Dedicatoria illis Adnotationibus praefixa, eodem anno, & eodem die fcripta, ut diximus in eius Vita, & in Lynceorum Notitia. Commentaria Columnae in Recchum prodire debuerant anno memorato; Verum non prodierunt nifi anno CIƆIƆCLI. Romae Typis Mafcardi una cum Opere univerfo Francifci Stelluti Lyncei Cura. Poft eum annum nil aliud fcriptum reliquit Fabius, quamquam in Diofcoridem univerfum Commentaria abfolutiffima meditatus fuerat, & Opera alia varia, & quamquam octuagenario maior ufque ad dimidium Seculi XVII. Vitam protraxerit. Verum Comitiali Morbo fortaffe iterum correptus, quo in Adolefcentia laboraverat, & propter quem Studia Rei Herbariae fufceperat ἀναλφάβητος Senex prorfus factus eft.

Lu-

IV.

Lucas Valerius fublimis Mathematicus a Galilaeo in Libris fuis laudatus. Is eodem ipfo anno, quo Academia Lynceorum inftituta fuit Romae edidit Librum de Centro Gravitatis folidorum & anno CIↃIↃCVI. de Quadratura Parabolae. Per plureis annos publice docuit Mathematicas Difciplinas in Academia Romana. Obiit Romae, ut in eius Elogio ait Erythraeus, apud Margaritham Sarrocchiam Poetriam, cuius fuerat Contubernalis perpetuus, & reliquit Haeredem ex Affe Ioannem Latinum Margarithae Sarrocchiae neceffitudine coniunctum.

V.

Galilaeus Galilaeus Florentinus primum in Pifano Gymnafio, mox in Patavino, denique iterum in Pifano Mathematicarum Difciplinarum Profeffor. Is nomen dedit Academiae Lynceae anno CIↃIↃCXI. Tefte Viviano in eius Vita. Lynceorum & Federici Caefii fuit Amantiffimus, ut apparet, tum ex Epiftolis, quae ad Caefium fcripfit, quae a Bulifone referuntur, tum quod Lyncei nomen Libris fuis perpetuo addiderit. Quare inter primos Lynceos merito adnumerandus eft. Libros, & Gefta Galilaei, ut & Merita eius in Philofophia nihil attinet heic referre, quum haec magis nota fint, quam heic a me poffint enarrari. Obiit Galilaeus anno CIↃIↃCXLI. Aetatis fuae LXXVIII. Sepultus eft Florentiae in S. Crucis Templo. Cui e regione Sepulcri Michaelis Angeli Bonarotae Tumulus erectus fuit noftris temporibus, Statuis Marmoreis adpofitis, Philofophia nempe & Aftronomia lugentibus, ut in illo Bonarotae Architectura, & Pingendi Ars lugent. Verum melior fortaffe oppofita imitatio fuiffet, fi Aftronomia & Phyfica laetae ad Galilaei effigiem exfultaffent. Per eum enim hae Scientiae novam Vitam acceperunt, & in novam maioremque dignitatem venerunt.

VI.

Marius Guiduccius Florentinus Galilaei Difcipulus Academicus Lynceus acutiffimus. Is quum Tractatum de Cometis edi-

ediдiſſet Florentiae anno CIↃIↃCXIX. Typis Petri Cecconelli ad Stellas Mediceas, contra hunc Tractatum ſcripſit quidam obvelato Lotharii Sarſi Singenſani nomine Librum, cui titulum Libram Aſtronomicam fecit. Huic Libro reſpondit Galilaeus egregio Tractatu, cui Trutinae, vulgo *Saggiatore* nomen fecit. In Epiſtola, quam Guiduccius Federico Caeſio ſcripſit, & quae relata eſt inter illas a Bulifone collectas, vocat Sarſium Adverſarium ſuum, Bovem pinguem Salonenſem. Salonenſis enim revera erat, & Craſſi nomine fictus ille Sarſius Singenſanus, Et Salone eius Patria Straboni dicitur ferendis Bobus idonea. Praeter hunc de Cometis Tractatum exſtat Guiduccii Oratio pro Liberatione a Peſte edita Florentiae anno CIↃIↃCXXX. & CIↃIↃCXXXII. Typis Rondinelli.

VII.

Franciſcus Stellutus Fabrianenſis Academicus Lynceus, & Academiae Lynceae a Caeſio Procurator creatus. Is praeter Legum Doctrinam in Mathematicis, in Hiſtoria Naturae, & in Poeſi erat verſatiſſimus, Valerio, Clavio, & Magino Amiciſſimus, & a Galilaeo valde aeſtimatus, ut notat Faber in Commentariis Recchi. Ipſi Fabro Hiſtoriam narravit de Leone cicurato, & Fabriano per Epiſtolam anno CIↃIↃCXXV. Onocrotali Hiſtoriam ſcripſit, quae ab ipſo Fabro relata ſunt in eadem Recchi Commentaria. Anno CIↃIↃCXXX. Stellutus Romae apud Maſcardum edidit Perſium Latinum Poetam Verſibus Etruſcis a ſe converſum cum Adnotationibus ſuis eruditiſſimis. Hunc Librum dicavit Franciſco Cardinali Barberino Vrbani VIII. Pont. Max. Fratris Filio. In eo Libro variis in Locis de Federico Caeſio, de Gente Caeſia, ac de Academia Lyncea multa praedicat. Item multa in Adnotationibus intermiſcet, quae ad Hiſtoriam Naturae faciunt; Et praeſertim Lyncis ad vivum imaginem affert, quae Academiae Lynceae erat Stemma; Duas enim Lynces vivas, ſeu Lupos Cervarios, ut vocant, miſerat Cardinalis Franciſcus Barberinus Caeſio in Aprutinis Montibus captas. Item in eo Libro Apum varias imagines, & earum Partium, quae Primus optimis Microſcopiis tunc a Lynceis repertis exponit, & in Tabula Aerea variis figuris, nitidiſſimis quidem exprimit. Denique alio in Loco Curculionis Figu-

ram

ram in aerea Tabula eodem Inſtrumento auctam adducit. Anno CIↃIↃCCXXXVII. Romae eodem Maſcardo Typographo Tractatum edidit de Ligno Foſſili cum XII. Tabulis Aereis in folio, in quarum ultima aliqua Hammonis Cornua referuntur. De hoc Ligno, quod in Ditione Tudertina praecipue reperitur, & in Aquaeſpartae Territorio, quod ſub Caeſii Dominatu erat, Caeſius ipſe generatim egerat in Tractatu de Metallophytis. Verum ſpeciatim poſt eius obitum egit Stellutus hoc Tractatu. Vterque tamen iis in Locis Terrâ gigni arbitrati ſunt, ſed perperam. Lignum revera eſt, licet interdum eius Fibrae lapidifico, vel metallico ſucco ſint imbutae, ut λιθοδένδρον, & ξυλοσίδηρον referant. Neque obſtat, quod Caudices huius Ligni Foſſilis immenſae molis interdum reperiantur, quales Terra in noſtris Regionibus modo nulla producit. In Lucenſi enim Ditione inter Statum Montis cuiusdam nuper repertus fuit Caudex Ligni Foſſilis cuius diameter erat VII. Vlnarum Lucenſium, ut mihi retulit Chriſtophorus Martinus Saxengothanus Vir Humaniſſimus, & in Hiſtoria Naturae doctus, qui Lucae mihi fruſtulum eiusdem Ligni oſtendit, quod ad Ciaracandanum maximam Arborem Americae referebat. Nam vel huiuſmodi Arbores ex America ipſa deferri potuerunt, ſi vera ſint, quae de Cataclyſmo, & de ingenti tunc Orbis Terrarum Diſſolutione, Revolutioneque narrant Woodwardi Diſcipuli. Vel in noſtris Regionibus olim immenſae illius molis naſci Arbores poterant, ſi cogitemus Italiam quondam barbaram per plura Saecula fuiſſe; Regioneſque eius omneis Arboribus tunc plane fuiſſe conſitas, ut olim erat America ipſa, in qua tales ingentes Arbores ab Hiſpanis repertae ſunt. Verum quicquid ſit de modo quo concluſum fuerit Lignum illud in Montium Stratis, certiſſimum eſt ipſum eſſe vere Lignum, quaemadmodum ſunt verae marinae Teſtae Cornua illa Hammonis, & omnia Marino-Foſſilia, quae in Montibus reperiuntur, ut ego quoque oſtendi poſt alios in Libro de Conchis minus notis, & Primus de Cornubus Hammonis, & Orthoceratitis, quae ultima foſſilia primus oſtenderat Amicus noſter Breynius Gedanenſis, & nativa deinde Ego in Hadriatico Mari reperi. Heic obiter noto Belemnitas quae olim Lyncurius Lapis etiam dicebatur, quod ex Lyncis Vrina in Terra oriri crederetur, ab eodem Breynio, & Erhrharto Memmingenſi Amicis noſtris inter Orthoceratitas referri.

Qua-

Quare diligentia Recentiorum Scriptorum de Hiſtoria Naturae hoc Arcanum nuper detectum. Circa dimidium XVII. Saeculi Stellutus una cum Equite Caſsiano Puteo curavit, ut abſoluta Mexicana Naturalis Recchi Hiſtoria prodiret, quae a Caeſio magnis ſumtibus fuerat inchoata, & a Lynceis ſuis optimis Commentariis inluſtrata, quaeque per XX. & amplius annos ſubpreſſa latuit. Caeſio enim Vivo, & Mortuo gratus fuit Stellutus; Nam Vivum ter ipſum hoſpitio excepit Fabriani, & Neapolim eius gratia bis petiit; Primum una cum ipſomet Caeſio, qui laxandi animi cauſſa Neapolitanum iter ſuſceperat. Atque iterum Solus, ut Domum pro Lynceis Caeſio procuraret; Et Mortuo in Libris eum ubique extollit. Stellutus Fratrem habuit Ioannem Baptiſtam Hominem eruditum & ipſum, Caeſii familiarem, qui ter una cum Fratre Fabriani liberaliter eum, ut dixi, hoſpitio excepit.

VIII.

Ioannes Terrentius Conſtantienſis; De eo plura diximus in Hiſtoria generali Lynceorum, ubi de Caeſio. Is primus inter Lynceos Librum de Hiſtoria Mexicana Nardi Antonii Recchi Adnotationibus ſuis inluſtravit, multiſque Plantis amplificavit. Aliqui ſuſpicantur ipſum Loyolitis nomen dediſſe, quum poſtea in Sinarum Regnum ſeceſſerit, & ex Hyathimo in Provincia Sutcheoa illius Regionis Epiſtolam ad Fabrum, ut vidimus, ſcripſerit. Verum quicquid ſit de hac re, certum eſt ipſum fuiſſe Hominem acutiſſimum, qui inter cetera primus contra Antiquos dixit Opii Vim eſſe calidiſſimam inſtar Spiritus Vini, doletque ex animo Europaeos metu huius ſuppoſititiae caliditatis Opio interdum abſtineri, & ſic interdum perire, aut doloribus ingentibus excruciari, ſecus ac ſentiunt Aſiae, & Africae Populi, qui magno levamine Opio ad plureis Morbos depellendos, levandoſque prudenter utuntur.

IX.

Ioannes Faber Bambergenſis Medicus Romanus, & Horti Pontificii Praefectus, Secundus inter Lynceos Librorum Recchi Inluſtrator. Is a Paullo V. Pont. Max. Neapolim miſſus

fuit, ut Hortum Vaticanum rarioribus Plantis locupletaret, qua occasione Museum Imperati invisit, & Aegopylas observavit. Amicissimus fuit Lynceorum omnium Galilaei praesertim; Amicus item fuit Christophori Clavii Popularis suis. Is praeter Rem Herbariam noscebat optime Anatomen, ut apparet ex Dissectione Vituli Monstrosi Bicipitis, quam Romae coram Ciampolo Lynceo, coram Iulio Mancino Archiatro Pontificio, & coram fere universo Romano Lyceo ostendit, cuius Dissectionis Historiam in Commentaria ad Recchum retulit adiectis Figuris, ubi exquisitam Ventriculorum Ruminantium affert Structuram, quare Peyero praeivisse videtur, qui super hoc argumento late scripsit, & ex Fabro multa delibasse videtur. Commentaria longe amplissima Faber in Animalia Librorum Recchi conscripsit, quae tot Notitiis tum ad Historiam generatim Naturae, tum ad Rem Herbariam, tum ad Docimasticam Philosophiam, tum ad Anatomen, tum denique ad Lynceorum Historiam conspersit, ut Thesaurus ingens harum Rerum Liber iste Commentariorum Fabri videatur. Commentaria haec edita una reperiuntur cum Libris & aliorum Lynceorum, seorsim etiam prodierunt anno CIƆIƆCXXVIII. Romae Typis Mascardi Francisco Cardinali Barberino dicata. Vt ex iis aliqua delibemus, & ut ipse qua fuerit ingenii acie praeditus appareat, haec pauca subiungimus. Is Primus, ut vidimus in generali Lynceorum Notitia Generationem ex putri in Ostreis & Conchis expunxit, & ex Ovis foecundatis oriri dixit. Anatome praeter ea, quae diximus de Ruminantibus Lepores examinavit an Androgynae essent. Plura heic de Androgynis habet. Lupum dissecuit, ut contra Aristotelem, & Plinium ostenderet Colli Vertebras Luporum esse mobileis. In Anatome denique ita sollers fuit, ut plura Cadaverum centena una cum Angelo Colio Senensi Medico, Philosopho, & Mathematico dissecuisse dicat. In Historia Naturali ridet Matthiolum (*pag.* 682.) quod Onocrotalum Etruriae Indigenam fecerit, & impensius cum ut nimium credulum ridet (*pag.* 704.) quod Aethiopidis Herbae tactu claustra omnia aperiri affirmarit. Faber denique in iis ad Recchum Commentariis, qui quadringentis fere paginis in folio continentur, ubique gratus, & amicus Lynceis fuit, qui laudibus eos fere omneis cumulat, & eorum praeclara Gesta, & Inventa memorat, ut in iis Academiae

miae

miae illius perfecta Hiftoria fparfim contineri videatur, ex quibus multa in Schedas fuas tranftulit Fogelius, & nos quoque multa delibavimus, ut apparet, ad rem noftram. Praeter haec Commentaria in Recchi Libros, fcripfit Librum in imagines Virorum Illuftrium Fulvii Vrfini, tefte Leone Allatio, ediditque hunc Librum Antverpiae in Officina Plantiniana anno CIϽIϽCVI. Item fcripfit Librum de Nardo adverfus Scaligerum, quem Romae edidit eodem anno CIϽIϽCVI.

X.

Alexander Adimarius Florentinus Academicus Lynceus, ut ipfe fe infcribit in Titulo Verfionis Pindari, quem Carminibus Italicis reddidit, & Adnotationibus quamplurimis inluftravit. Editus eft hic Liber ab Adimario Pifis anno CIϽIϽCXXXI. in Quarto. Dicavitque ipfum Francifco Cardinali Barberino Vrbani VIII. Fratris Filio. Occafione Lyncei, quem Pindarus Ode X. Nemeae memorat, quem acutius videre quocumque mortali praedicat, meminit & Adimarius Lynceorum Academiae, eofque Pindarico ftilo velut totidem Soles concelebrat, ac inter eos praefertim Galilaeum, Stellutum, Guiduccium. Federicum quoque Lynceorum Auctorem laudibus profequitur, & Salviatae Vxoris Neceffarios, quibus dicit integram Lynceorum Academiam confici potuiffe, propter magnam eorum ingenii vim, & nominis celebritatem.

XI.

Virginius Caefarinus Iuliani Civitatis Novae Ducis Filius, & Liviae Virginii Vrfini Filiae, natus eft anno CIϽIϽXCV. Is univerfas bonas Litteras coluit, ac in primis in Latina Poefi fuit excellens. Lynceis nomen dedit a prima Adolefcentia, ut optima Philofophia plenius, uberiufque informaretur, quam antea Parmae e turbido Peripateticorum Fonte deguftaverat. Familiariffime ufus eft Caefio, ut vidimus in generali Lynceorum Notitia, & reliquis Lynceis; dictus fuit propterea Veteris Philofophiae Defertor ab Auguftino Favorito, qui eius Vitam eleganter fcripfit. Praeter Lynceos coluit Bellarminum Cardinalem, qui Caefarinum vocare folebat Picum alterum

 Mi-

Mirandulanum, quique Auctor fuit, ut Numisma in eius honorem cuderetur, in quo Ioannis Pici, & Virginii simul sunt exculptae Imagines, & in aversa Parte duae Phoenices cernuntur cum Epigraphe ALTERA · ROMA · Bellarminus item Auctor ipsi fuerat, ut adversus Mathematicos, scilicet adversus Astrologos, & Genethliacos scriberet, ut Picum imitaretur, item suasit ipsi, ut de Animorum Immortalitate Librum scriberet, quem non perfecit, quemadmodum non perfecit quoque Librum alium de Rerum Natura, quem versibus Lucretiano stilo inchoaverat. Amicos item habuit Caesarinus Casparum Scioppium Virum Eruditum, & Acutum, & Vulgaris Cloacinae Grammaticae Eversorem, & Franciscum Diotallevium Ariminensem, cuius Erythraeus Elogium texuit in Pinacotheca sua. Duorum Summorum Pontificum fuit a Cubiculo, Gregorii nempe XV. & Vrbani VIII. a quo inter Cardinales relatus fuisset, nisi immatura morte optimam Pontificis voluntatem antevertisset. Creavit tamen Vrbanus Cardinalem Alexandrum Virginii Fratrem, profitens se potius Virginii memoriae, quam Alexandri promeritis illum honorem tribuere. Obiit Anno CIƆIƆXXIV. Kal. April. Statua ei posita fuit in Aedibus Capitolinis, & laudatus in Rostris ab Augustino Mascardo, & deinde ab Alexandro Gotthifredo Patritio Rom. Soc. Iesu. Cogitaverat enim Caesarinus Ordini illi Splendidissimo nomen dare, & moriens Ignatiana Veste efferri iussit. Vsum eius Bibliothecae Federico Caesio Testamento legavit in maiorem Lynceorum commodum & utilitatem. Novem eius Elegiae exstant Typis exaratae, quarum duae postremae, ad Ciampolum una, ad Cinthium Clementem Archiatrum Pontificium altera Lynceum utrumque sunt Scriptae. In fine primae est Apostrophe ad Galilaeum in eius Laudem. Vitam Virginii Caesarini praeter Favoritum, qui Lynceis erat infensus, scripsit & Iustus Riquius Belga Canonicus Gandavensis Lynceus & ipse, & Lynceorum a Bibliotheca, quos consulere oportet, qui pleniorem Notitiam desiderat.

XII.

Ioannes Ciampolus Florentinus Gregorii XV. Pont. Max. ab Epistulis ad Principes, Poeta & ipse, qui varia Carmina

Ita-

Italica Lingua, fed Emphatico Stilo, ut mos illius aetatis ferebat, fcripfit. Quaedam etiam reliquit Prorfa Oratione, & praefertim Librum de Pontifice Max. eligendo Romae editum Anno cIↃIↃcXXIV. A Fabro (*pag.* 505. & 506.) dicitur non folum in Hiftoria Sacra & Prophana exercitatiffimus, fed Philofophiae reconditioris, & Mathefeos purioris ftudiofus. Ab Vrbano VIII. Pont. Max. cui fuerat a Cubiculo miffus Aefim in Picoeno Praetor, ubi mortuus eft, ut teftatur Erythraeus in Pinacotheca, qui afferit eum affirmare folitum fe multa in Philofophia inveniffe, quae Ariftoteli fuerant ignota.

XIII.

M. Velferus II.Vir Reip. Auguftanae Vir Doctiffimus & Probus, Pontificiae, feu Catholicae Religionis apud fuos Adfertor fingularis. A Fabro (*pag.* 711.) dicitur Sapientiffimus Vrbi, & Orbi notiffimus, ut Rei Litterariae velut III.Vir illo Saeculo dominaretur. Amicus Galilaei fuit, & Fabii Columnae, quorum Alter varias ad eum Epiftolas de Maculis Solaribus fcripfit, quae inter eius Opera edita reperiuntur; Alter vero ei texuit encomium in Praefatione Ecphrafeως fuae fecundae. Aufpiciis M. Velferi, & Iofephi Scaligeri prodiit Volumen illud ingens Iani Gruteri Infcriptiones continens ex Vniverfo Orbe conlectas. De ipfo fcripfit in Theatro Virorum Inluftrium Freherus, & Melchior Adamus in Vitis I. C. Germanorum.

XIV.

Cinthius Clementius, cuius in Notitia generali meminimus. Is quamquam inter Lynceos a Fabro non memoretur; Tamen a Favorito dicitur eidem Sectae addictus, & infignis ea aetate Medicus, a quo initiatus fuerat Virginius Caefarinus, & praefertim in Chymicis, quibus Ariftotelis Philofophia convelli putaret. A Iufto Riquio Archiater Romanus vocatur. Ad eum occafione recuperatae Vocis Elegiam fcripfit Virginius Caefarinus.

XV.

XV.

Ioannes Demisianus Cephalleniensis Vir Graece & Latine Doctus, Platonicae Philosophiae, & Sacrarum Litterarum Adsertor, & ob id Romanis Proceribus gratus. Is Sciurum cicuratum Principi Caesio, & Salviatae Vxori donavit, ut Faber refert (*pag.* 584.) qui Comitiali Morbo laborabat, ut Cuniculi laborare solent, praesertim post Coitum eodem Fabro observante. Demisiani exstat longum Graecum Epigramma in laudem Io: Baptistae Portae Libris eius de Aëris Transmutationibus praefixum. De Demisiano texuit Elogium Erythraeus in Pinacotheca sua, ubi dicitur magnus Peregrinator, & Chymicus, ut socius Roseae Crucis crederetur. Obiit Parisiis Legatus Ducis Mantuae.

XVI.

Theophilus Molitor Hassus Professor Ingolstadiensis designatus (*Terrent. pag.* 114.) Is a Fabro dicitur Rerum Naturalium diligentissimus Indagator, & praesertim Animalium. Is observavit, si Canes Carnes a Lupis relictas comedant naturam inducere Lupinam. In Avium perscrutanda Natura dicitur ab eodem Fabro non Auritus, sed Oculatus Testis, fuitque in eo perspicacissimus, ut septem Picorum genera distingueret. Fabro retulit Mergos semper in Aquis degere, & in Lacubus nidificare inter Iuncos, & Typhas. Observavit Cuculum implumem in Salice vetusta latitantem. Sic Galilaei Frater, ut refert eodem loco Faber observarat in Germania Hirundines in Stagnis latitare, & a Piscatoribus interdum Rete capi. Ex Carinthia misit ad Fabrum Lyncem, & ab eodem Fabro dicitur Herbarum Studio addictissimus. Mortuus tamen erat, quando Faber Expositiones suas in Recchum scribebat. Anuli Lyncei Theophili Molitoris exstat ἀποσφράγισμα Florentiae in Columborum Academia.

XVII.

Antonius Persius a Fabro memoratur (*pag.* 473.) occasione Telescopii, cui id nomen fecerat Caesius, & quod ei inter primos

mos oſtendit. Stellutus in Praefatione Tabularum Phytoſophicarum Caeſii vocat eum Pertium.

XVIII.

Caſſianus Puteus Eques Divi Stephani Fabro dicitur amicitia pervetuſta ſibi coniunctiſſimus, bonarum, & amoeniorum Litterarum, Philoſophiae praecipue, Chymicae, & Antiquitatis apprime doctus. Laudatur idem ab eodem una cum Fratre eius Germano Carolo Antonio, ut diligentiſſimi in Animalium natura enucleanda, qui propterea Romae Aveis raras ex univerſo Orbe conquiſitas habebant; Qua occaſione memorat & Aviarium Io: Petri Olivae I. V. D. eorum familiaris. Muſei Puteani meminit Faber occaſione Capitis Canis Carchariae cum quatuor ordinibus Dentium, quod Lamiae iuvenculae eſſe arbitratur, quum generatim ſex dentium ordines huiuſmodi Lamiae poſſideant, & eas quandoque ita immaneis eſſe, ut captae Maſſiliae Niceae Hominem loricatum, teſte Rondeletio intra earum Ventriculum contineant; Immo retulit mihi P. Dominicus Roſſetus Auguſtinianus, & Senis Studiorum eius Ordinis Regens Nicenus ſervari adhuc Niceae Maſſiliae in Templo M. Obſervantium Cimellae huiuſmodi Canem, qui Hominem loricatum intra eius Ventriculum habuerat: Quare Canem Carchariae fuiſſe apparet, qui Ionam deglutire poterat, qui Maris Mediterranei eſt indigena, & non Balaena aliqua Maris Hyperborei, quae licet maior mole, gula tamen eſt anguſtiſſima. Saepe a Fabro memoratur Eques Caſſianus Puteus variarum praeſertim Avium occaſione. Carolus Datus Florentinus laudavit in funere Equitem hunc Caſſianum Puteum Lynceum luculenta Oratione, quae edita fuit Florentiae anno CIↃIↃCLXIV. Ex hac Oratione diſcimus Academicum hunc origine fuiſſe Taurinenſem, & Caroli Antonii Putei Archiepiſcopi Piſani Fratris Filium. In ea Oratione multa de Lynceis habentur, & ſimul Caſſianum curaſſe, ut Recchi Liber cum Lynceorum Commentariis poſt Caeſii mortem tandem ederetur.

XIX.

Iuſtus Riquius Belga Canonicus Gandavenſis Civis Romanus Principi Caeſio a Bibliotheca. Is, ut vidimus, ſcripſit Vi-

tam

tam Virginii Caesarini Lyncei, quae edita fuit Patavi anno cIↃIↃcxxIx. Eum onorifice memorat Faber (*pag.* 646. & 647) occasione Suis Albanae Marmoreae, in quam Riquius Epigramma conscripsit. Dicit Faber Riquium ipsi coniunctum esse amicitia ab annis iam sedecim, & inter ipsos magnum Epistolarum Commercium intercessisse, quarum Epistolarum Exempla prostare in Centuriis Epistolicis Riquii, quae ediderat.

XX.

Praesenti Articulo memoramus aliquot celebreis Viros, qui in Schedis Fogelianis inter Lynceos adscribuntur, vel quod reipsa Lyncei essent, vel quod de Lynceis optimi essent meriti. Quorum tamen certo nobis non constat, an revera in Lynceorum album essent relati, inter quos in primis venit Franciscus Cardinalis Barberinus Vrbani VIII. Fratris Filius, cui Lyncei plurimos Libros dicarunt, ut Academiae Lynceae praesertim post obitum Caesii Patronus quodammodo videatur.

Ioannes Heckius qui scripsit de nova Stella: Heckius vocatur a Lancisio in Epistola de Fungis ad Lud. Ferdinandum Marsilium magnus sui aevi Medicus, & Botanicus.

Angelus Colius Senensis Medicus & Anatomicus insignis, qui obiit aetate LXXIV. annorum, quum facie vix L. teste Erythraeo ostenderet.

Iulius Mancinus Ilicinensis Archiater Pontificius de universa Senensi Civitate, & Provincia optime meritus, Philosophus, & Anatomicus Illustris, ut vidimus.

Ioannes Baptista Wintherius Bavarus Caesii Medicus, & Horti sui Botanici Custos.

Franciscus Gualdus Ariminensis Eques S. Stephani, Vrbani VIII. P. M. Familiaris, qui Museum Antiquitatis, & Rerum Naturalium possidebat.

Franciscus Diotallevius Patritius Ariminensis, cuius elogium non minus quam Vrbis Arimini texuit Erythreus, sic eius occasione de ea praefatur: Nobilis totaque Italia Celebris Ariminensis Civitas, nullique Aemiliae Vrbium splendore & claritate inferior &c.

Franciscus Battaglinus Ariminensis qui edidit Romae an-

no

no 1629. Librum, cui titulum fecerat Heraclitum Humanae Vitae miſerias lugentem.

Nicolaus Antonius Stelliola, qui ab aliquibus creditur Auctor Muſei Imperati, ſeu ſaltem Adiutor in eo edendo, quum Imperatus ſimplex Seplaſiarius eſſet, & illarum Rerum nudus Collector. Stelliola Portae, & Columnae erat amicus. Scripſit Librum de Teleſcopio.

M. Aurelius Severinus Vir facundus inſignis Philoſophus, Medicus, & Chirurgus Neapolitanus, qui vocat Fabium Columnam Lynceum Praeceptorem ſuum venerandum in Libro de Vipera occaſione Dorycnii (legendum Doronici) quo una Caneis necarunt.

A Severino Veslingius inſignis Anatomicus, & Botanicus in Gymnaſio Patavino Lynceus vocatur.

Ioannes Baptiſta Capuccius Thurius Coriolanenſis Medicus inſignis, ad quem Thomas Cornelius Quintum Progymnaſma inſcripſit.

Philippus Salviatus. Philippus Pandolphinus. Ioſephus Nerius Porius. Phileſius Porta. Didacus & Angelus de Filiis. Vincentius Mirabella. Hi omnes inter Lynceos in Schedis Fogellanis recenſentur.

FABI COLVMNÆ

PRÆFATIO.

PLantarum cognitionem, rerumque aliarum naturalium apud priſcos, tum neotericos celebrem fuiſſe, ac ſummo honore habitam, quippe quæ proſit, atque delectet, non a Philoſophis tantum, ſed etiam ab Regibus, veteres teſtantur hiſtoriæ. Nec me cognitionis illarum utilitatem hoc loco afferre neceſſarium videtur, cum & qui Medicorum induſtria aliquando uſus ſit, cognitam habeat. Ac equidem teſtis eſſe poſſum, atque affirmare, nihil hominibus corporis incolumitatem præſtare poſſe, niſi huius rei ſcientiae uſum: quo animalia quæque rationis expertia a natura edocta, nedum homines, a morborum periculis ſe tuentur, atque contra ea firma evadunt. Noſcunt enim ipſa quæ ſibi ſalutaria ſunt. Nos autem niſi ab aliquo edocti ſimus, aliorumque experimento, haud ea ſcire potuiſſemus. Hoc autem humani generis eſt peccatum, quo non modo quæ vitæ ſubſidia ſunt, ſed & ſalutis remedia labore conſequi oportet. Quid enim vitam hanc vivere prodeſſet, ſi morbis quotidie illam afficientibus vexaremur? βίος enim ἄβιος eſſet. Morborum ſane frequens invaſio, qua ceteris ſtudiis me abdicare eo tempore oportuit, Epilepſia præſertim, a quo Dei Optimi Maximi miſeratione, beatæque Virginis matris interceſſione evaſi, in hæc mentem adduxit meam. Hac enim de cauſa Hippocratis, Galeni aliorumque ſcripta revolvere cœpi: nam quod Medici pro morbi curatione faciendum reſponderent, an & antiquorum teſtimoniis comprobaretur, perpendere volebam: ſiquidem ſaluti, animoque meo ſatisfacere videbar. Sic etiam, an Medicorum formulas phar-

pharmacopolæ obſervarent, ac an & ipſi Medici, & pharmacopolæ, ea quæ ſyrupis pharmaciſque componendis neceſſaria ſunt, Plantas ſcilicet, Metallica, cæteraque, & compoſitionis modum, ratione, experientiaque comprobata agnoſcerent, quam cupiens ſcientiam habere, Auctores, qui de Plantis. Animalibus, Metalliciſque deſcripſiſſent hiſtorias, perlegere volui, atque in iis multa incerta, atque incognita recentioribus, tum ipſis antiquis perſpexi, quæ vel rei ignoratione, vel eorum mutila, depravataque hiſtoria, verborum, ſenſuumque difficultate, ab interpetribus, atque commentatoribus minus animadverſa fuerunt. Ea præſertim libuit iis maxime incumbenti, qua potui diligentia, atque ſtudio inveſtigare, atque exponere. Atque antequam ad difficiliorum interpretationem, atque cognitionem pervenire potuiſſem, minima quæque primum vel ipſa vulgaria ſcire me oportebat, non ſine aliquo labore: quantumque in his adipiſcendis inſudaverim, qui ſtudiis hiſce defeſſi ſunt, facile intelligere poterunt. Ab initio profecto Plantas, Animalia, cæteraque metallica, quæ in manus pervenerunt, perquirere, atque inveſtigare, ſuiſque hiſtoriis reſpondentia reponere, nemine quidem demonſtrante, vel docente, (familiares id non latet) ſtudio, lectione, iudicioque, ſumma ingenii mei induſtria, viſque fuit. Poſtquam autem aliquem horum numerum, & magnam fere partem, eorumque rei inſpectione, atque cum hiſtoriis collatione ſcientiam, adeptum me eiſe cognovi: an & alii eiusdem rei profeſſores eo etiam modo, quo ipſe ea cognoſcerent, denominarentque eadem ratione, ipſorum collocutione, certior fieri volui: atque ita me non inanem impendiſſe operam perſpexi. Sed hoc haud ſatis mihi eſſe viſum eſt: quamobrem maiora exquirere ſtatui, ut maiore hactenus diligentia me his ſtudiis incubuiſſe oſtenderem, atque ſi potuiſſem aliquid communi ſtudioſorum ſalutem utilitati excepiſſe viderer. Quod ut aſſequi poſſem, Dioſcoridis loquendi modum, verborum proprietatem, & quomodo iis uſus ſit, conſiderare cœpi, atque ut facilius poſſem, verborum ſingulorum, ſimilitudinum deſcriptionum, atque in illis verborum magis proprietatem ſignantium, item plantarum ſimilitudinum radice, fronde, caule, flore ſemine, vel toto habitu, ac denique cæterarum rerum, indicem fere confeci. Ac eo veluti regula quadam in plantarum inveſtiga-

tione uſus ſum, non ſine aliqua commoditate. Sed non pauca in eo conſideranda ſunt, quæ difficultatem afferre poſſent; verba nempe θάμνος, θαμνίον, & θαμνίσκιον, quibus herbas denominat, nullam cum fruticibus affinitatem, nec ſimilitudinem habentes: non enim lignoſæ, aut ſurculoſæ ſunt, nec fiunt ſenectute, ſed ſuccoſæ, teneræ, & ab radice folioſæ, quæ notæ ſunt herbarum non fruticum, etſi eædem alarum multitudine dividantur, quod forſan poterit cum fruticibus commune dici. Sæpe καρπὸν & σπέρμα confundit. Floris etiam ſimilitudinem, nunc in forma, nunc in colore, nulla addita differentia deſcribit. Foliorum etiam ſimilitudinem nunc in parte, nunc in toto, atque tam lobos, ſive lacinias, quam folia φύλλα appellat, totum cum parte confundens. Plantas denique flore, atque fructu carere, quæ vel ſero, vel confeſtim eos edunt, afferit, atque etiam illas, in quibus propter tenuitatem difficile cognoſcantur. In his autem animadvertendum eſt quod idem Dioſcorides in proëmio teſtatur, non omnes plantas ſe conſpexiſſe, nec erat quidem facile, ſed ex aliorum hiſtoria excepiſſe, atque ab incolarum locorum in quibus plantæ orirentur narratione plantas multas delineaſſe: non ideo mirandum ſi in aliquibus peccarit. Quae ut cognoſcerem diu verſatus ſum in iis, tum lectionem hiſtoriarum, tum inſpectionem rerum repetens. Quare multa in ſingulis plantarum deſcriptionibus a me obſervata conſpiciuntur, quibus plantæ delineatio, atque forma dilucidatur: quæ etiam per regulæ modum deſcribi potuiſſent; ſed hic ea repetere viderer. His ſic a me cognitis, faciliore reddita mihi Dioſcoridis delineatione, difficiliorum, incognitarumque plantarum novam ſententiam cæteris probabiliorem, ni fallor, afferre minus laboris fuit. Quibus ſingulis rationem, obſervationemque plantæ neceſſariam addidi, in qua, Dioſcoridis lectio quæ verior ſit, quæ plantæ neceſſariæ notæ, quomodo reſpondere debeant, conſpicuum erit omnibus. Plantarum etiam ab aliis deſcriptarum confutatio agnoſcetur, quam in fine cuiuslibet plantæ Hiſtoriæ appoſui, ut cognita planta a me propoſita, & cum Dioſcoridis hiſtoria collatione facta, magis reſpondentem cæteris plantis, atque veriorem facie viribuſque me deſcripſiſſe ex illis colligi poſſit. Atque veluti auri fabri faciunt, optimi auri ſigno in coticula prius facto, alterius poſtea, & diverſi auri probationem, vel improbationem collatione

ne excipiunt; Sic Dioſcoridis poſita delineatione, quæ auro optimo ſignatam Coticulam æmulatur, plantam cum illa contuli, quæ ſi forſan non optima videbitur ſingulis partibus, haud dubito quin cæteras ab aliis deſcriptas in fine deſcriptionis collatas longe ſuperet: id quidem efficere conatus ſum. Multis enim plantis ab aliis nomen inditum cognovi, quæ, forcipe foliis illatum laciniatis, & ſerratis, nondum ſimilitudinem aſſequi videbantur, nam vel magnitudine, vel parvitate etiam differebant, ſicuti & ſubſtantia, viribuſque. Multis etiam contra, quibus ampliora reddi folia oportebat, ut dignæ eo nomine cenſeri poſſent. Aliis flores, ſiliquaſque concinnare neceſſe erat, aliis totum plantæ habitum diverſum immutare: quamobrem quaslibet pro illis ſupponere melius erat. Quod non parum animum meum excitavit, ut pro illis magis reſpondentes, niſi genuinas poſſem, inquirerem, ac reponerem. Has æmulatione invidiaque ab imperitis improbatum iri aliqua ſaltem parte non ignoro. Quibus ut recto animo has improbaſſe videantur, plantas pro illis veriores, magiſque reſpondentes facie, & viribus afferre ſtudendum eſt. Atque tunc maiore gaudio afficiar; cum aliquem mei æmulatione ſtudiis vehementius incumbentem, communi utilitati veriora in lucem proferre cognovero. Non equidem ut aliorum refellerem plantas, ſed ut veriores oſtenderem, hæc κατὰ δύναμιν ſcripſi: nec plantas haſce ita affirmare audeo conſtanter, quod quibusdam meliores inveniri poſſe minime cenſeam. Quod ut ipſemet aſſequar etiam atque etiam, perquiro. Non enim pudebit ſi forte meliorem de ea re ſententiam,ylrioremque plantam invenero, erraſſe me antea, vel hoc non animadvertiſſe fateri: ἀνθρώπου γάρ ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν. Atque mihi ſummis quidem laudibus dignus videtur eſſe, qui ſpreta nonnullorum hominum ſeſe mire iactantium opinione, δευτέρας φροντίδας, maxime probat. Nec etiam hæc ſtatuta ſunt, ſed iudicia rationibus confirmata, vel potius ſuſpicionibus, quibus ſemper certiora indicia ſupervenire poterunt, hiſque veriora agnoſcere poſſumus: atque ideo ſi quid poſt harum editionem aſſecutus fuero veritatis, aut certioris iudicii, quod non animadvertiſſem, tum etiam plantarum, non deſcriptarum, aliarumque rerum, in alteram editionem huic adnectendam prolaturum me polliceor, niſi novum Dioſcoridem brevi, verioreque commentatione, cum novarum pluriumque plantarum

f 3 addi-

additione, iam inceptum, ut amicorum ſatisfaciam voluntati, perfecero, & edidero. Qui haud ſuam poterit conſequi perfectionem, niſi huius rei ſtudioſorum munere ac liberalitate plantas quasdam, metallicaque habuero: quorum non pauca Ferdinandus Imperatus huius rei ſtudioſiſſimus, qui recte φυσιοταμείας habendus eſt, mihi dono dedit: utor quidem eo valde familiariter, iſque re ſuum erga me amorem patefacit: ſæpius enim Muſæum, plantaſque vivas, quas innumeras ſumma diligentia alit, conſpiciendi copiam facit, ac earum ſemper multas liberaliter offert. Quamobrem etiam illi gratias agere debebunt, qui aliquid ex meis lucubrationibus exceperint, nam niſi prius plurium cognitionem plantarum aſſequutus eſſem, minime inveſtigare, atque eligere magis reſpondentem potuiſſem. Multas plantas mente, atque idea retineo, quas re ipſa videre nondum potui. Idcirco ſæpius non tantum quas ipſe alo plantas, & quarum icones ipſis plantis nova quadam arte a me excogitata effinxi, quarum non minimus eſt numerus, ſed & ſponte naſcentes, ſemper cum poſſum, conſpicere, conſiderareque conor, ut aliquarum ſeſe mihi obiiceret inveſtigatio. Non enim ſufficit ſativas videre plantas, niſi easdem quo oriuntur ſponte loco inſpexeris. Cultu quidem plantæ multæ degenerant, ſicuti & mala cultura: multæ etiam maxime gaudent cultu, aliæ vero marceſcunt, aliæ niſi ſolis continuis radiis illuſtratæ atque calefactæ ſint, non creſcunt, aliæ vero pauco vel nullo ſolis aſpectu perficiuntur. Sæpe etiam cultu, vel etiam negligentia plantæ transfigurantur, atque folia diverſa emittunt, atque mutatio etiam fit in ſapore, odore, forma, & magnitudine tam ipſarum plantarum, quam fructuum, foliorumque: folia quidem ſæpius, vel anguſtiora, vel latiora magis, minuſque laciniis diviſa fiunt ſecundum ſoli, cœli, & culturæ diverſitatem. Aliæ quidem gracile ſolum, macrumque amant, aliæ arenaceum, quædam ſabuloſum, aliæ vero pingue, aliæ limoſum, riguumque. Quibus de cauſis non modo vel degenerant, vel fiunt lætiores, ſed etiam ſterileſcere evenit: nam ſicuti plantæ humore ſoli diminuto fructus perficere nequeunt: ita etſi copioſum habeant alimentum, laſcivientes humoris abundantia, copioſos incipientes edere fructus, illos poſtea ad perfectionem maturitatis deducere nequeunt, atque ita exinanitæ pereunt. Quare & cultas, & ſylveſtres opor-

oportet confpicere, ut in fylveftribus confideretur locus natalis, plantæ ftatura, & habitus, in plantarum cognitione per quam neceffarii: in cultis vero partes minimæ, & privatæ, quæ melius confpici poffunt: domi quidem cum illas habeas, fæpius ad illas te conferre potes, atque primo ortu ad feminum ufque perfectionem infpicere potes ipfas: quod non ita in fponte nafcentibus evenit. Hoc non parum obfervavi, & quotidie fere idem facere oportet, atque non modo plantas ipfas confiderare, fed illarum hiftorias, a Diofcoride præfertim defcriptas, in cuius textu præter aliorum fcripta diligentius plantarum notæ defcribuntur, perlegere non folum Latine, fed & Græce vifum eft: multa quidem difficillime, vel nunquam cognoviffem, nifi Græca verba, & loquendi modum obfervaffem. Atque hæc fuit ratio cur, Diofcoridis Græcum textum, & Latinam ad verbum verfionem in plantarum defcriptionibus fingulis appofuerim, multa quidem hac mea dignofcentur verfione, quam ab aliis diverfam effe iudicabunt, & forfan immutatam atque depravatam. Cuius fufpicionis caufam Latina fi cum Græcis conferantur verba, ceffare certum erit. Græca enim collationis commoditati inferviunt. Reliquum eft ut oftendam Diofcoridis Hiftoriam depravatam, atque adulteratam a pofterioribus plantarum profefforibus, qui diverfas illas nomenclaturas appofuerunt, quibus alii nominum communitate, & varietate decepti, multa diverfis nominibus infcripta capita adiunxere, quibus plantæ defcribuntur eædem, nomine tantum differentes: aliis remotis ante propriis viribus, alias contrarias ab aliis capitibus differentis plantæ exceptas repofuere: multa etiam capita e loco in alterum tranftulerunt, quæ aliorum etiam doctiorum virorum iudicio fufpecta funt: quapropter difficile quid de plantis illis fit ftatuendum afferere poffumus: quod vero coniecturis affecutus fum fuis locis videre licebit. Has igitur excipe hilari animo meas lucubrationes, & quamprimum Deo favente quod pollicitus fum expecta.

IA-

IANI PLANCI
PRAEFATIO
AD PHYTOBASANVM
FABI COLVMNAE.

SEmper mecum animo reputavi Rem valde gratam, utilemque eos facturos, qui Libros veteres, optimos, & raros, ut iterum edantur curant, quam ii, qui novos, vulgareis quidem, vel de Rebus iam aliunde notis edunt. Illi enim Studiosorum sitim explent, utilitatique eorum consulunt; Hi vero nullo commodo, sed magnis expensis studiosos onerant, & vulgaribus, recoctis, ac pene inutilibus Libris Bibliothecas complent. Nunc vero profecto rem non tantum valde utilem, & gratam facturos arbitror, sed utilissimam, & summe necessariam in tanta novorum Librorum Copia & Varietate. Quisque enim; qui Herbulam quamdam invenerit, ut de aliis Scientiis sileam, quae ei nova videatur, vel ab aliis non satis bene descripta, statim de ea non Tractationem quamdam brevem cogitat, quae aliis Libris Botanicis apponi, vel inter Ephemeridas Eruditas inseri poterat, sed Librum novum, Volumenque ingens congerit, in quo de omnibus Plantis generatim, vel de aliqua Regione speciatim agatur,

in quo Libro nil profecto novi, atque expoliti invenias, ſed tantum Res iamdiu pervulgatas cum Herbula illa nova recoctas. Item quiſque qui Herbas quasdam viderit, quae cum Ratione illa Raii, vel Tournefortii, Linnaeive, quam Methodum vocant plane non conveniat, ſtatim Librum aliquem novum edit in quo omnia permiſcentur, ut Ratio illa ſua, ſeu Methodus ſuadeatur. Verum inter hos Botanicos Auctores rem omnium inutiliſſimam faciunt, qui non Herbula tantum nova, novaque Methodo contenti, ſed Genera innumera Plantarum Novarum inveniſſe animo ſibi fingunt, & de iis Libros longos, & moleſtos conſcribunt, quos tamen ſi acute perpendas in iis nihil novi, nihilque ſolidi reperias, ſed Res Veterum plane confuſas & everſas, ut Auctores illi ſuae Novitatis Libidini ſatisfacerent. Sic ab iſtis Novatoribus deſcribi paſſim videmus tritas Antiquorum Plantas pro novis, & novis nominibus, venalibus plerumque, & adſentatoriis appellari, quod hae Plantae vel Folia ampliora, anguſtiorave habeant, vel quod Spinis, Aculeiſve rarioribus denſioribuſve ſint donatae, vel denique quod Flores Petalis latioribus, anguſtioribuſve edant, Fructuſque, vel Radices paullo rotundiores, oblongioreſve geſtent. Quae omnia quiſque videt, vel vario cultu, varioque Terrarum, Caelique Indole oriri, & Varia Rerum Eventa eſſe, quae per quam facile mutantur invariata Rei natura. Attamen noſtris temporibus huiuſmodi Auctores Botanicos bene multos vidimus (quorum aliqui quamquam ita ineruditi eſſent, ut ne Litteras quidem noſcerent) hac novitatis prurigine ita tentari, ut Libros ſatis longos alieno ſtilo de his Herbis ficte no-

vis

vis ediderint, edendoſque reliquerint, ſi per alienam pecuniam liceat. Ego equidem ſemper faſſus ſum, & modo ingenue fateor Auctores iſtos hoc pacto neque exiſtimationi ſuae, neque Studioſorum Vtilitati conſuluiſſe; Quum per hos Libros Scientia Botanica difficilior & obſcurior evadat, & pene in immenſum excreſcat, ut ab ea omnes plane deterreantur. Melius itaque per hos factum fuiſſet, ſi Libri Veterum in quibus revera aliquid novi ſolidiqui reperitur, ut iterum ederentur curaſſent, ut fieri poterat in primis de Fabii Columnae Lyncei Libris, qui acute multa vidit in Re Herbaria, multaque reperit, & Litteris conſignavit, ut inter primos Botanicos merito adnumeretur. Attamen eius Libri admodum rari ſunt, & praeſertim is, quem primum edidit, qui Phytobaſanus appellatur, qui rarus etiam erat temporibus ſuis, ut teſtatur Typographus in Praefatione Ecphraſews eiusdem ſecundae, qui affirmat eum Librum iamdudum eſſe diſtractum, & a multis tunc deſiderari. Verum noſtris temporibus ſeſquiſaeculo poſt ita rarus evaſerat, ut Boerhaavius in eo Libro, qui de addiſcenda Medicina ſcripſit, dixerit eum nonniſi Quadringentis HS. nummum emi, ut totidem re ipſa emtus fuit, & pluris Neapoli a Nicolao Gualterio M. E. Ducis Archiatro, & Amico noſtro, quo potiſſimum ſuadente is modo per nos editur. Edimus igitur modo Phytobaſanum pecunia noſtra, nullaque ſubſcriptione, quae doloſi fraudulentique plerumque ſolet in ſe continere. Hanc Editionem ſi Litteratis Viris, & Rei Herbariae Studioſis acceptam noverimus, ſequenti anno, & Ecphraſim utramque Eiusdem eadem forma dabimus. Nunc vero, ut Libri moles cum ſequentibus aliquo pacto

con-

congruat, & ut Liber acceptior Legentibus, etiam non Botanicis veniat, Vitam Auctoris, & Lynceorum Notitiam seu Commentarium eorum addidimus, quibus ipse adscriptus fuerat, in quo quidem Commentario multa ad Historiam Litterariam tum Botanicam, tum Physicam reperiuntur, ut cuique legenti apparebit. Herbas denique Phytobasani, & Animalia nostris Adnotationibus in calce cuiusvis Capitis plerumque inlustravimus, quibus vel Res ipsa a Fabio descripta magis expenditur, eiusque sententia, vel magis confirmatur, vel candide refellitur. Titulis Herbarum, quas Fabius iuxta Institutum suum semper ad veteres referebat nos nomen a Tournefortio approbatum apposuimus, ut quisque Herbam quamlibet recepto magis nomine statim dignoscat, & appellare possit. Quae Fabius iubet, vel in Calce Phytobasani, vel Ecphraseωs secundae adiungere nos suo loco ut adiungerentur curavimus, ita & loca mendosa corrigi iussimus; aliqua tamen intacta reliquimus, quae mendosa videbantur, quae aliquo pacto defendi possunt, quum nos modo non Aristarchi, sed Editoris ingenui, & fidelis munere fungamur. Quare si quis in similia loca aliquando incidat, ea nobis non vertat vitio, sed potius diligentiam, & fidem in Auctorem nostrum vulgandum probet, & quisque eum excuset, & pro sua sententia interpretetur. Et quum rumor ad nos esset allatus Romae in Lancisiana S. Spiritus Bibliotheca Phytobasanum manu ipsiusmet Auctoris auctum reperiri; item quum Linckius scribat in Indice Auctorum, quem Libro de stellis praefixit se Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca Phytobasanum vidisse Criticis Notis illustratum manu ad marginem exaratis; Per Amicos longe Doctissimos, & Humanissimos,

ſimos, per Leprottum nempe Romae Archiatrum Pontificium, & per Ioſephum Antonium Saxium Mediolani illius Bibliothecae Praefectum curavimus, ut Adnotationes illae ad nos exſcriberentur, quas poſſemus ad rem noſtram adhibere, ut nihil huic Editioni deeſſet. At quae Romae proſtant nil aliud eſſe cognovimus niſi ea quae Fabius ipſe in Calce Phytobaſani, & Ecphraſeωs ſecundae iubet adiungere, & quae nos, ut dixi, ſuo loco adiunximus. Mediolanenſes vero Notae, ut ex Saxio novi, qui ſpecimen ad nos miſit, nil aliud referunt, praeter varia aliorum Botanicorum nomina, quae ex Caſparo Bauhino, vel Tournefortio ex noſtris Titulis quiſque noſcere poterit. Curavimus praeterea, ut ad marginem numeri eſſent, qui Paginis Editionis Columnae ab Auctoribus citatae reſponderent. Aereas Tabulas ad Calcem reiecimus, quas adamuſſim cum iis Columnae convenire ſtuduimus, imo Litteras Graecas, quae paullo obſcuriores erant, quippe quae manu ipſiuſmet Fabii exaratae, curavimus ut per Scalptorem noſtrum nitidiores exprimerentur, ut perquam bene legi poſſent. Denique ſi quid praetermiſſum, vel minus recte a nobis dictum fuerit tum in Adnotationibus noſtris, tum in Praefationibus, quae ad Fabii Vitam, & ad Lynceorum Notitiam pertinent, moniti addemus, vel corrigemus in Editione quam Ecphraſeωn huius Auctoris paramus. Nos enim, ut cum Tullio loquar, ita parati ſumus, ut vel refellere alios ſine pertinacia, vel refelli ſine iracundia patiamur.

PLAN-

PLANTARVM

ALIQVOT ANTIQVORVM

DELINEATIONIBVS MAGIS RESPONDENTIVM

HISTORIA

FABIO COLVMNA AVCTORE.

ISOPYRVM DIOSCORIDIS TAB. I.

Aquilegia Sylvestris C. B. P. 144.

ΙΣΟ'ΠΥΡΟΝ dictum est [1], ἀπὸ τοῦ πυρὸς, non πυροῦ: quia florem edit forma flammæ similem: flos enim ita simul congestos apices habet, ut ignis flammas repræsentet: nam ex lata basi in acutum desinunt quinque illæ summæ partes contortæ, inque se se inflexæ, ita ut vento agitatam flammam demonstrent: pyramidales quidem sunt flores, unde ἀπὸ τοῦ πυρὸς, τὸ πυροειδὴς, ignis scilicet speciem habens dicitur, indeque πυραμίδες, quia in modum flammæ in acutum, ex lato prodeuntes desinunt. Capitula etiam pyramidalem habent formam, atque ignis flammas repræsentant, ita ut ab ipsorum etiam figura nominis etymon sumi possit. Alii vero Phasiolon vocant ob similitudinem, nam ut Dioscorides [2] ait: κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρει, *in extremo folium capreo-*

A

lum

(1) *Nomen, & Etymon.* (2) *Lib.* 4.

lum producit: floris folium, πέταλον intelligendum; nam idem Dioſcorides in capite de Vnguento Roſaceo [1] ait: Ῥόδων ἀβρόχων ἀριθμῷ χίλια πέταλα, *Roſarum non madidarum numero mille folia*. ἕλικα capreolum, quem Plinius hîc *pampinum* vertit, ut etiam alibi; eritque ſenſus: Floris folium in ſummo, ſi poſitum ipſius conſideraveris, ſi verò partem, in ipſius extremo, producit ἕλικα, capreolum, capreoli quidem modo inflectitur: quod ex Plinii textu fit clarius, ait enim: *folium in pampino torquetur*: floris ſcilicet extremum in pampinum, capreoli ſcilicet, viticulæque modo tortuoſum deſinit. Similitudo autem inter Phaſiolon & Iſopyron erit, ut Iſopyri flores in pampinos inflexi, Phaſioli florum ex petiolis ſimul dependentium poſitum penè referant. Quod perbellè, & exactè exprimit planta a me propoſita, totamque Dioſcoridis hiſtoriam explere videtur, qui ait [2]: Ἰσόπυρον, οἱ δὲ φασίολον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φασιόλῳ, τῷ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν. ἔπεισι δὲ κεφαλαὶ ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ, λεπταὶ, σπερματίων πλήρεις, παραπλησίων μελανθίῳ τὴν γεῦσιν. τὸ δὲ φύλλον ἀνίσῳ. Quæ ſic Latinè reddidi: *Iſopyron, aliqui Phaſiolon vocant, cum ſimile ſit Phaſiolo, eo quod in extremo folium capreolum producit. Inſunt autem capita in ſummo caulis tenuia, ſemunculis plena, Melanthio ſimilia guſtu: frons autem Aniſo ſimilis*. Differentiam verò frondis plantæ, & folii floris nemo, quod viderim, huc uſque tradidit, atque Ruellius vir doctiſſimus ut per quam Latinè Dioſcoridem vertiſſe videretur, neve ipſe ignoraſſe hoc dici poſſet, Plinii textum mutilum, vel perverſum pro verſione deſcripſit [3], qui ait, *Iſopyron, aliqui Phaſiolon vocant, quoniam folium, quod eſt Aniſo ſimile, in pampinos torquetur*. Cuius ſenſus erit, ut Dioſcoridis textui, ex quo tranſcriptus eſt locus hic conſentiat: *Iſopyron quod eſt Aniſo ſimile*, foliis intellige, *aliqui Phaſiolon vocant, quoniam folium*, ſcilicet floris, *in pampinos torquetur*; atque ita putarem eſſe legendum. Planta hæc radicem habet fibroſam, craſſiuſculam [4], pallidam, folia forma foliorum Aniſi, maiora verò, coloreque cæſia ex viridi, lævia, petiolo longo, tenui, purpureo, & hirſuto adnaſcentia: tripartita, ut terna folia habere videatur: ſed unumquodque folium, cum planta eſt bima, uno enim anno non perficitur, in terna cum petiolis dividuntur, quæ etiam propter profundiſſimas lacinias in terna videntur diviſa, non tribus petiolis, ſed uno ortu prodeuntia. Caulem edit hirſutum, ſubrubentem, rotundum, tenuem, ſtriatum, anguloſum, bipedalem, aliquando maiorem, in cuius ſummo, & ramorum, ex foliis illis hærentibus cauli abſque petiolis, in terna diviſis, ita ut trifolia videantur, tenues petioli Phaſeoli modo prodeunt;

(1) *Lib*. 1.
(2) *Deſcriptio*.
(3) *Lib*. 27. *c*. 11.
(4) *Forma*.

deunt; qui propter florum gravitatem ex illorum extremo dependentium curvi, dum flores vigent, conſpiciuntur: qui, ex quinque Conſolidæ regiæ dictæ floribus ſimul coniunctis, ſinguli compoſiti videntur: dependentque ita, ut illorum capreoli, tenuiores ſcilicet partes contortæ, ſuperiores ſint baſi: itaque flammarum ſpeciem quandam, repræſentare videantur; non ſolum forma, cum quinque illæ partes extremæ ſuperiores ſint viticulæ modo inflexæ; flammarumque ſimul ſpeciem referant: ſed etiam colore qui ſunt rubri, nam alii vario colore cernuntur, cærulei, albi, lutei, alii multiplices, ſed omnes eandem habent formam; Phaſiolique florum poſitum, & ignis flammas ſimulant: colore tantum, atque pluritate floſculorum differunt. Quibus deficientibus, eriguntur paulatim in dies petioli, perficientes capitula ſimilia illis Melanthii, at non ita extuberantia, anguſtiora vero, atque tenuiora, ac veluti in plures partes diviſa, ſylveſtri Melanthio paria & ſimilia, plena parvis ſeminibus nigris, anguloſis, Melanthii nigri vulgaris forma, & colore, ſed lævibus, nitidiſque: ſapore, & guſtu amariuſculo, atque aliquantulum acerbo, ut Galenus [1] vult, nigri Melanthii ſemina referentibus, ut ſi utriuſque plantæ ſemina guſtaveris, paucam, vel nullam ſentias ſaporis differentiam, quodque ſemen, an idem guſtaveris, niſi acrius Melanthium eſſet vix cognoſcas: neque acrimonia in nigri Melanthii ſeminibus ſentitur, ut Dioſcorides ait, quanta in Citrino, etſi adeſſe caliditatem, negare non poſſimus. Plinius vero nolens de guſtu diſputare, ſcripſit, *Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis Melanthii*: quod ad formam referri videtur. Sed hæc planta utriuſque deſcriptiones tuetur, cum formam Melanthii, & guſtum referat; Dioſcoridis hiſtoriæ, & Plinii varietati ſatisfaciens, Aprili [2] menſe floret, atque Maio perficitur: colitur hic a ſtudioſis, & in hortis propter florum elegantiam. Campoclari, Aſpræ in Sabinis, & aliis Montibus frigidis frequens locis auſtro averſis. In Germania [3], Francia, & Anglia, collibus, montibus, & pratis naſci aſſeritur. Vires huic tribuit Dioſcorides ſcilicet. [4] *Huius ſemen cum aqua mulſa potum, dolores circa thoracem, & tuſſes ſedat. Convenit etiam ſanguinem ſpuentibus, & hepaticis.* Quas vires, excepta vi ſiſtendi ſanguinis, Plinius in ſua tranſcripſit. Galenus vero [5], *Iſopyrum aut Phaſiolum ſemen habet amarum, & ſubacerbum. Extergit itaque, & incidit humores craſſos cum hoc ut corpora contrahat, & conſtringat. Quamobrem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat, & ſanguinem ſpuentibus non eſt adverſum: immo etiam iuvare creditur. Nam propter temperaturæ mixtionem*

(1) *Lib. 6. de ſimpl. med. fac.*
(2) *Tempus.*
(3) *Locus.*
(4) *Vires.*
(5) *Lib. 6. de ſimpl. med. fac.*

nem contrariis etiam congruere videtur. Neoterici ſub Aquilegiæ, & Co-
4 lumbinæ appellatione, a corrupta forſan voce φασσήολον, vel φαζίολον has vires huic tribuere; ut obſtructis hepate, & veſica fellea regio morbo utiliter dari poſſit ſeminis 3. 1. cum Croci obolo: quæ vires ab illis Dioſcoridis non diſſentiunt: etiamque ad peſtiferam luem commendant. Pena ſemen guſtu eſſe tantillum adſtringente, & temperatæ ex calore ſiccitatis, ideoque ad faucium, pharyngis, & tracheæ incendium, & ulcuſcula eo vulgus uti. Non eſt Iſopyron Dioſcoridis Melanthii ſpecies illa, neque paluſtre Trifolium, cum neque ulla ſit in illa nota Dioſcoridis reſpondens: mirorque Dodonæum virum doctiſſimum ita hallucinatum, ut Dioſcoridis textum totum hic pervertere, & immutare voluerit, illius ſenſum, verbaque, atque Plinii verſionem minimè percipiens: & ideo quæ non intellexit, abundare, ſuperfluaque cenſuit. Neque Veſicaria Indica, Piſum cordatum, vel cor Indicum dicta, a Pena, amici cuiusdam ſententia, Iſopyrum putata; cum ſit repens, nec in illa rectè ſummum caulis dici poſſit, ut colligitur ex cap. de Chameſycæ, in quo dicit Dioſcorides, non habere caulem, ſed viticulos per terram ſtratos, neque flos in pampinos torquetur, neque habet capitula tenuia, ſed magnas veſicas, non ſemunculis; ſed magnis ſeminibus ternis in ſingulis veſicis, & aëre plenas: guſtu etiam Auctoris iudicio diſſimili, Piſi ſcilicet: neque vires Dioſcoridi reſpondentes, quis habere compertum habet, ſed omnes, an ſit Halicacabi ſpecies, dubitant: atque ita a folliculi forma denominatur. Nec, ut idem Pena ſcripſit, Phaſioli πέταλον, quod nonnulli etiam *folium* interpretantur, habet, quod ipſe ignorans, Dodonæo obiicit, ut intellexiſſe videretur. Sed iam demonſtravi adhuc neminem non ignoraſſe. Quare planta a me propoſita Dioſcoridis Iſopyrum habenda, cum neque ſit quod adverſari poſſit, immo ſuam ipſius hiſtoriam dilucidat, adhuc tenebris obvolutam, propter verborum, atque ſenſus difficultatem, neque ab aliis, & nequidem ab interpretibus enodatam. In Bibliotheca Sancti Ioannis Carbonariæ Neapoli Librorum copia refertiſſima, manuſcriptus adeſt Codex Græcis litteris maioribus, membranacea pagina vetuſtiſſimus, Herbarum Hiſtoriis Dioſcorideis, & Iconibus coloratis ornatus, in quo pro Iſopyro depingitur Planta Aniſi foliis latis, caule alto, capitulis oblongis multis, brevibus petiolis inſidentibus, velut denſis Corymbis, aut Umbellis abſque floribus, quae magis noſtræ quam aliorum Iconibus, & ſententiis convenire videtur, ſicuti annis præteritis non ſine gaudio obſervavimus non modo hanc, ſed alias plantas cum illis quodammodo convenire.

IANI

IANI PLANCI ADNOTATIO I.

PRopter ambiguam Diofcoridis de Ifopyro defcriptionem, & fortaffe propter depravatum eius in hoc loco Textum, Plantas varias, & omnino inter fe diverfas attulerunt Rei Herbariae Scriptores, Dodonaeus enim, ut notat Fabius nofter, & Gefnerus Trifolium Aquaticum, quod a Caftoreo in Aquis degente Fera Fibrinum appellant, pro Ifopyro Diofcoridis habuit. Caefalpinus vero pro Ifopyro Erviliae, feu Pifi genus, quod Ochrum Cafparus Bauhinus, & Tournefortius appellarunt, defcripfit. Matthiolus more fuo pro Ifopyro Plantam peculiarem fibi finxit ex Melanthio, feu Nigella Anguftifolia adpictis inferne Anifi foliis, ut Diofcoridis defcriptioni melius eam accommodaret. Matthioli fuppofititium Ifopyron exceperunt Lugdunenfes, Durantes, & Tabernaemontanus, & in Libros fuos tranftulerunt.

AEGYPTIORVM MALINATHALLE THEOPHRASTI ANTHALIVM PLINIO TAB. II.

Cyperus rotundus efculentus anguftifolius C. B. P. 14. b.

INter edules radices, quas Ægyptus fert, Malinathalles [1] a Theo- 6
phrafto [2] connumerantur, ait n. de iis, quæ in aqua oriuntur fupra locutus: Ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἃ ἐςὶν οὐ πόῤῥω τῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς ὃ καλεῖται μαλιναθάλλη [3] . ςρογγύλον τῷ χήματι· μέγεθος δὲ ἡλίκον μέσπιλον, ἀπύρηνον δὲ, ἄφλοιον· φύλλα δὲ ἀφίησιν ἀπ᾽ αὐτοῦ ὅμοια κυπείρῳ. *Locis autem arenofis, haud procul a fluvio, nafcitur in terra, quod Malinathalle appellatur, figura rotundum, magnitudine Mefpili, fine nucleo, fine cortice: folia ut Cyperus mittit*. Ex quo textu Plinius [4] mutuatus, pro, Μαλιναθάλλη, Anthalium tranfcripfit: quod Græcè ἀνθάλιον fcriberetur, ex ἀνὰ, & θαλέω, vel θάλλω, compofitum [5] quod eft regermino, parum diftans a verbo μαλιναθάλλη, quod ex μάλα adverbium, & ἀναθάλλω conflatum eft, fignificatque valde regermino, quod etymon proprium eft huius plantæ, quæ, radice unica fata, ut altera Diofcoridis Chondrilla fe propagat, innumerafque producit. Verba eius funt hæc. *Anthalium longius a flumine nafcitur Mefpili magnitudine, & rotunditate, fine nucleo, fine cortice, folio Cyperi*. Cui planta,

(1) *Nomen*.
(2) *Lib. 4. cap. 10.*
(3) *Defcriptio*.
(4) *Lib. 21. c. 15.*
(5) *Etymon*.

ta, Trafi, appellata, five dulcis & efculenti Cyperi, fimilis admodum, eademque effe videtur. Habet enim ex tenuibus fibris dependentes globulos, [1] læves, rotundos, oblongos, ex aliqua parte magis extuberantes; extremum divifum habentes uti Mali Punici frùctus, Mefpili coronam æmulantes: ut in pictura vifitur, paucis lineis per obliquum circumductis, ac fi pluribus partibus fimul coniunctis, conftarent, fignatos: magnitudine, & forma ad fructum minoris Mefpili ex genere Setaneæ, accedentes: quem nos hîc, quia molles, & efui aptos habet nucleos, Mefpilum exoffem appellamus: cuius & colorem etiam exterior pars refert: quæ excoriari nequit, ideo fine cortice dici poffunt: cum propriè cortex fit, quæ exui poteft, inutilis, nihilque interiori parti, vel fructui obeft: carnem intus continent folidam, albam, fine
7 nucleo aliquo: fapore dulci ferè Caftaneæ: folia emittit Cyperi noftratis vulgaris, at oblongiora; caulem, & flores [2] æftate eidem fimiles. Rara hîc planta, neque alibi, [3] nifi in ftudioforum penfilibus hortis culta vifitur, e Siciliæ extremis, arenofifque oris Auftro expofitis, ubi fponte oritur, advecta. Cuius natales plantam confirmare videntur, cum a Theophrafto dicatur, *Locis autem arenofis* &c. ad differentiam plantarum in limofis, & paluftribus locis nafcentium, de quibus antea dixerat, ideoque fubiunxit: *haud procul a fluvio nafcitur in terra &c.* Plinius verò ad differentiam Colocafiæ, & Perfonatæ, quas Nili fui dotibus gaudere, ait: *Longius a flumine*, oriri tradidit. Ex quibus, & fuperioribus colligitur, arenofa, Auftrinaque non ficca nimis loca, Malinathallen adamare: *Hæc incolæ*, fequitur Theophraftus, *legentes, in bryto hordeaceo decoquunt, dulcia admodum efficiuntur, hifque pro bellariis utuntur*. Plinius [4] *mandunt igni paratum*, & alibi. *Anthalii, quod Aegyptii edunt, nullum alium reperi ufum*. Matthiolus vero in Veronenfium agro oriri afferit: atque ibi pueri plenos quafillos vænum circumferunt, vocantque *Dolce Trafi*: crudas, coctafque efitant in bellariis. Harum cremor ut tradit Matthiolus [5] pectoris, & laterum vitia expurgat, quo fit ut tuffientibus perutiles fint. Tunduntur enim, macerantur-que carnium iure, & inde per linteolum exprimitur cremor, quem etiam venereis potionibus mifcent recentiorum nonnulli. Idem cremor potus ad urinæ ardores valet, & ad dyfenteriam, nam humorum acrimoniam retundit, præfertim ex aqua potus, in qua candens ferrum extinctum fuerit. Sunt hæ radices ut experientia, & dulcedine coniici poteft, in moderate calfacientium & humectantium genere. Sed flatus quodammodo gignunt. Sunt qui Theophrafti efculentos Cyperos effe iu-

(1) *Forma*.
(2) *Tempus*.
(3) *Locus*.
(4) *Lib*. 21. *cap*. 29.
(5) *Vires*.
(6) *Lib*. 6. *de caufis plantæ*. c. 16.

iudicent, quamobrem illius textum adducunt, in quo ſaporis, odoriſque gratia ſi in radicibus inſit plantarum, cur reliqua eorum minime reſpondeant, rationem reddit, & exempli gratia adducit, *Graminis, Cyperi, Betæ, Apii, Equapii, atque eorum quæ in paludibus, atque fluviis idonea cibo proveniunt*. Quo loco reſpondetur [1], Theophraſtum, nuſquam Cyperos differre radicibus, & ſapore tradidiſſe. Sed ſemper inter paluſtres, atque in aquis degentes plantas illos connumerat, atque odoratas radices habere ait: nec in ſequenti capite Cyperum inter o- 8
doratas recenſuiſſet, tam brevi intervallo abſque ulla differentiæ mentione, ſi de alio Cypero, dulci ſcilicet, atque radicibus inodoris, forma etiam differentibus in antecedenti capite verba feciſſet, pro quo Traſi planta hæc intelligi poſſet; cum e memoria tam cito, quod de priore Cypero in antecedenti capite ſcripſerat, excidere non potuiſſet. Quare hanc primo tuebar opinionem, ut ſcilicet textus in quo Cyperus, inter dulces radices connumeratur, ſit corruptus, & pro κυπείρου, per ει, diptonghum, Cyperi latine, κυπίρου, per ι, Gladioli ſcilicet ſit reponendum, ut idem Theodorus Gaza in reliquis locis non ſine errore vertit Cyperum; Cyperum, & Cypirum confundens; atque ſemper Gladiolum interpretans. Atque Plinii auctoritate motus Græcum textum emendandum eo loco putabam, ut κυπίρου, pro κυπείρου, haberet. In aliis de Cypero aromatico loqui videtur, Iunco ſcilicet triangulari dicto paluſtri, de quo Dioſcorides [2], & Plinius [3] cuius verba ſunt hæc: *Quidam etiamnum unum genus faciunt Iunci trianguli, Cyperon vocant. Multi non diſcernunt a Cypiro, vicinitate nominis. Nos diſtinguemus utrunque, Cypirus eſt Gladiolus, ut diximus radice bulboſa &c.* & inferius, *Cyperus Iuncus eſt, ut diximus anguloſus* [4]: & alibi: *Idem & Gladiolum alterum, quem Cypiron vocant, & ipſum paluſtrem*, & eodem capite ſuperius. *Bulborum generi quidam adnumerant & Cypiri, hoc eſt Gladioli radicem; Dulcis ea eſt, & quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderoſioremque ſimul ſubacta*. Ex quibus nullo pacto de Traſi planta, Theophraſtum eo loco intelligere colligitur: nam ſi κυπείρου, Cyperi ibi habeatur, cum ſit radicibus odoris, forma differentibus, atque paluſtris, limoſiſque magis gaudeat locis; Cyperus erit: atque de eo intelligendum eſt, non qui in lapilloſis locis, ſed qui in aquis degit, de quo ſemper loquitur Theophraſtus, qui propter maiorem humoris abundantiam ab aquis exceptam, dulciorem ſaporem reddit, aliquantulum aſtringentem, odoratum, cibo aptum atque ſuavem, recentem intellige: nam ſiccatus parum amarus, & odora-

(1) *Lib.* 1. *c.* 16. *Lib.* 4. *c.* 9. & *c.* 11. *de plan. li.* 6. *de cau. pl. c.* 17.
(2) *Lib.* 1. *c.* 4.
(3) *Lib.* 21. *c.* 18.
(4) *Lib.* 21. *c.* 17.

ratior efficitur: in ſicco enim non eſt dulcedo, ut idem[1] Theophraſtus ait, & de eo intelligit[2] Dioſcorides in capite de Cypero, nam alibi de recente radice intelligens, illi Chryoſocomes radicem comparat, dicens eſſe dulcem, aliquantulum auſteram, ut eſt, his verbis, *γευσαμένῳ οὐκ ἀπηνῆ, κυπείρῳ ἴσην οὖσαν, ἐν τῷ γλυκεῖ ὑπαύστηρον : guſtanti non iniu-*
9 *cundam, Cypero ſimilem exiſtentem ex dulci ſubauſteram*: & ſic Traſi non poterit eſſe, quæ nullam habet auſteritatem, atque arenoſis, & in Sicilia, & Aegypto, quibus locis frequentiſſima, & ſpontanea eſt, oritur: indeque ad nos & Veronam forſan etiam adſportata, ubi colitur pingui riguoque terreno, ut ait Pena; ſed hæc planta pingui agro ſata facilè corrumpitur, nam vermes radicem erodunt; in arenoſis vero, & glareoſis vermes haud procreantur, plantaque lætior evadit, ſed ſæpe locus irrigandus eſt, niſi ſit natura riguus. Quare cum ibi de Cypero Theophraſtus loqui videatur, non dubium eſt amplius, Traſi plantam non eſſe Theophraſti Cyperum, quæ Malinathallen eiusdem plene refert, forma, ſapore, natalibus, atque uſu, in bellariis ſcilicet ut Pena & omnes aiunt, etiamnum ubique expetitam. Quidam obiiciunt huic plantæ, magnitudinem non eſſe Meſpilo æqualem, atque de maiore intelligunt, quibus reſpondeo ſatis eſſe ad quamlibet Meſpilorum ſpeciem accedere, nam ex trium generum Meſpilorum Theophraſti ad minorem Setaneæ ſpeciem, quam nos ut dixi, Meſpilum exoſſem appellamus, accedit, & forſan tertio generi nobis incognito parem, aut maiorem, quod minus eſt: atque dici poteſt ut eſt in Aegypto maiores fieri radices propter loci opportunitatem, quare de hoc amplius non eſt differendum. Quidam neſcientes etymon Anthalii, & Malinathalles, Malum Anthalium ſcribunt, putantque ita appellari, atque alii plantam quandam exoticam pro Malinathalle demonſtrant, fructu iuglandi nuci pari, quæ ſit ne recipienda ignari ſciunt.

CHON-

(1) *Lib.* 1. (2) *Lib.* 4.

CHONDRILLA PRIMA DIOSCORIDIS TAB. III.

Chondrilla Iuncea, viſcoſa, Arvenſis, quae prima Dioſcoridis C. B. P. 130.

CHondrilla dicta fuit, ἀπὸ τοῦ χόνδρος [1], quod eſt grumus, & ἴλλειν, quod continere ſignificat, quaſi continens grumos, quos Maſtichæ ſimiles eſſe ait Dioſcorides [2] his verbis: περὶ δὲ τοῖς κλωναρίοις αὐτοῖς διΐσκεται κόμμι ὅμοιον μαςίχῃ. Plinius vero, [3] *habet proximam terræ Maſtichen tuberculo fabæ &c.* Planta hæc in [4] aggeribus viarum æſtate viſitur hic humi habens folia ſtrata, quæ vere erumpunt, primum Cichorio ſimilia, poſtea vero laciniofa magis 11 efficiuntur, atque Soncho, vel Denti Leonis dictæ plantæ accedunt, carnoſa, fractu facilia, lactiſque plena: radicem longam: inveni illam trium pedum longitudinem æquantem, craſſitie verò minimum digitum: foris ſubflavam, intus albeſcentem lacte turgidam, quam ſi extirpes, non tantam poteris diligentiam adhibere, quin ſaltem plicetur, atque tunc per obliquum finditur multis locis, exitque lac viſcoſum, quod pauco exinde temporis intervallo, minuſve quarta horæ parte, ut gummi concreſcit. In radice ſemper invenies terræ glebulas ab eodem ipſius lacte concretas, dum magis vigebat planta, exudante: quod ita viſcoſum eſt, ut neque a digitis, dum recens eſt, aqua abluendo, removeatur. Huic plantæ cum caulis erumpit, folia, quæ humi ſternebantur, marceſcunt ferè in omnibus: quamobrem raro illa invenies habere, aut flaccida pauca: qui trium aliquando pedum altitudinem æquat, prope humum hirſutus, atque aſper eſt, reliquus totus lævis, rotundus, multis alis refertus lignoſis, flexilibus, ut una tantum planta, velut Geniſta, cui calore, & habitu quadantenus ſimilis videtur, ſcopam efformare poſſis: habet foliola ex intervallo alternatim parva, craſſa, abſque laciniis, vel raris Linariæ, vel Geniſtæ ſimilia, ex viridi etiam ad cæruleum vergentia, ex quibus ſingulis flores ut in Cichorio ſativo æſtate [5] exeunt luteo colore, parvi, in pappos cum ſemen ematuruerit evolantes: quod oblongum, fulvumque atque hirſutum eſt. Tota planta guſtu eſt amaro. Hanc primam Dioſcoridis Chondrillam ſtatuendam eſſe cenſui, cum ſuæ deſcriptioni congruere videatur: ait enim Dioſcorides: [6] Χονδρίλλη, ἣν δὲ καὶ τοῦτο κιχώριον καλοῦσιν ἢ σέριδα, τὰ μὲν φύλλα καὶ τὸν καυλὸν, καὶ τὰ ἄνθη ἔχει κιχορείῳ ὅμοια, ὅθεν καὶ εἶδος αὐτὸ τινὲς εἶπον σέριδος ἀργίας λεπτότερον

(1) *Nomen & Etymon.*
(2) *Lib. 2.*
(3) *Lib. 22. c. 22.*
(4) *Forma, Locus.*
(5) *Tempus.*
(6) *Deſcriptio.*

δὲ τὸ ὅλον, περὶ δὲ τοῖς κλωναρίοις αὐτοῖς εὑρίσκεται κόμμι ὅμοιον μαστίχῃ, μεγέθει κυαμιαῖα. Chondrilla, quam aliqui Cichorion, aut Serin appellant, folia quidem, caulem, & flores Cichorio ſimiles habet, qua de cauſa quidam ſylveſtris Seridis ſpeciem eſſe dixerunt, ſed tenuiorem totam: at circa ramulos ipſos invenitur gummi ſimile Maſtichæ magnitudine Fabæ &c. Quam eandem deſcribens Galenus ita inquit: *Lactucæ agreſti ſimile quodam olus eſt, quod Chondrillam nominant, & citius in caulem erumpit; amaritudinem habens manifeſtam, & quendam viſcoſum, & album*
12 *ſuccum &c.* Quibus notis congruere videtur hæc, nam tota viſcoſo, atque albo ſucco eſt referta, & ſi quamlibet partem flectas, radicem, folia, caulem, ramos, flores etiam, ex rima vi orta lacteus ſuccus exit, qui concreſcit paullo poſt Maſtiches duritie, & colore, ſed poſtea longo tempore nigreſcit: & quamvis Dioſcorides dicat, ſuccum concreſci, in imis ramulis vertit Marcellus Virgilius, Plinium ſequutus, qui ait, *proximam terræ Maſtichen*, Galenus tamen hoc non tradidit, ſed lacte quidem multo eſſe refertam, & viſcoſo; cum non ſemper hoc eveniat: evenire poteſt quidem vel humoris abundantia excreſcentis, & hoc in radice ſemper invenitur, vel aliqua vi exteriori, ut vento valido, aut alia, ab animalibus quadrupedibus ibi paſcentibus, orta, qua ramuli flexi fuere, atque ita, parte illa curvata, rima efficitur, indeque lac exoritur, quod poſtea concretum invenitur, ut pluries obſervavi, atque non ſolum in caule, ſed ramis, frondibuſque. In radice vero ſemper, atque in pluribus partibus, terramque adherentem invenies, atque novum lac exire videbis, ſi parum illam flectes, atque concreſcere, ut dixi Maſtichen referens: quod pleriſque amicis oſtendi, minime hoc credentibus, numquam id obſervarant, nam plantam hanc flocci faciebant. Nulla ex aliis Chondrillæ nomine ab aliis inſignita planta, hoc facere reperies: ſuccum quidem illæ lacteum habent, non tamen viſcoſum, nec facilè natura concreſcentem, immo nec longo tempore. Quare non amplius illas, ſed hanc Dioſcoridis primam Chondrillam eſſe dicas, atque vires a Dioſcoride huic tributas, ineſſe ſcias, ait enim: [1] *Invenitur autem circa ramulos ipſos gummi Maſtichæ ſimile, magnitudine Fabæ. Quod cum Myrrha tritum magnitudine Olivæ in linteo appoſitum, menſes ducit. Herba ipſa cum radice contuſa, admixto melle in paſtillos efformatur, qui diluti nitro addito, vitiligines exterunt. Gummi vero etiam pilos agglutinat. Sed & radix recens ad eadem facit, ſi in ipſam acus tingatur, & pilis admoveatur. Commodo eſt etiam ad viperas cum vino pota. Et ſuccus ipſius alvum ſiſtit, coctus cum vino & potus, aut per ſe ipſum.* Quæ Plinius ita exaravit. *Habet proximam terræ Maſtichen tuberculo Fabæ, quæ appoſita fœminarum menſes trahere dicitur. Tu-*

ſa

(1) *Vires.*

ſa cum radicibus tota, dividitur in paſtillos, contra ſerpentes argumento probabili. Siquidem mures agreſtes ab his læſi, hanc eſſe dicuntur, Suc- 13 *cus ex vino coctæ alvum ſiſtit. Eadem palpebrarum pilos inordinatiſſimos, pro gummi efficaciſſimè regit. Dorotheus ſtomacho & concoctionibus utilem carminibus ſuis pronuntiavit. Aliqui fœminis & oculis, generationique virorum contrariam putavere.* Galenus verò, *Chondrilla, & hanc quidam Serin nominant, eſt enim eiusdem fere cum illa facultatis, niſi quod guſtu amariuſcula eſt, ac proinde facultate ſiccantiore.* Hanc Lobellius vimineam viſcoſamque Chondrillam vocat, neque gummi modo globulos concretos animadvertit, ſaltem in radice: neque illum ſequentes, qui viſcum melle nigro admixto, & huius radice ad aviculas capiendas idoneum a pueris factitari, aſſerunt.

Iani Planci Adnotatio II.

Dioſcorides quum peculiares notas Chondrillae non addiderit, ſed more ſuo per aſſimilationem eam deſcripſerit, & Intubo, & Ambubeiae ſimilem fecerit; factum heinc eſt, ut Chondrilla ſua inter Plantas minus notas recenſeretur, & a Fabio noſtro φυτοβασάνυ ſui trutina examinaretur. Matthiolus, ut aliqui ſuſpicantur, teſte Caſparo Bauhino ex Cichorio, ſeu Ambubeia, ut eſſet quaſi Ambubaiarum Collegii Patronus, peculiarem Plantam confinxit, & pro Chondrilla prima Dioſcoridis venditavit. Hanc exceperunt Durantes, & Lugdunenſes, aliique, quibus cordi eſt non Plantas in ſe ipſis, & in natura ſcrutari, ſed ex Libris exſcribere, & in volumina congerere, ut ad pompam excreſcant, ſtudioſorum inutilitate, ne dicam diſpendio, & confuſione.

CHONDRILLA ALTERA DIOSCORIDIS TAB. IV.

Dens Leonis Tuberoſa Radice Tournef. 468.

ET hæc ſanè Chondrilla dici poteſt[1], nam radices habet a quibus grumi pendent, χόνδροι Græcis dicti: atque hanc Dioſcorides, ut ſuperiorem, Chondrillam appellavit, tradiditque habere radicem rotundam, parvam, &c. his verbis: ῥίζαν δὲ λεπτὴν, ἔπακμον, κούφην στρογγύλην, &c. Plinius vero exactius hanc deſcribens[2] ita ait, *radice Fabæ ſimili, aliquando numeroſa:* deſcripſitque confundens utriuſque plantæ deſcriptiones, primo ſecundam, ſecundo vero loco primam ibi, *Habet proximam &c.* Eſt igitur herba hæc in montibus ſaxoſis, lo- ciſ-

(1) *Nomen Etymon.* (2) *Lib. 22. c. 22.*

ciſque in quibus terra non excedit dodrantem altitudine[1], naſcens, ubi & Ciſtus, Agrioriganum, atque Calamintha oriuntur, longe a mari, ac etiam ab Auſtro tutis: radicem habet rotundam, parvam Fabæ magnitudine, ſuccoſam, parum lacteſcentem, albidam, quandoque ad purpureum vergentem, ſolidam, amaram, maior non excedit Avellanæ nucis formam, ſed oblongiorem, lævem atque cum effoditur nihil terræ retinet, ita ut pellucida, & quaſi margarita videatur: quæ maior, vetuſtiorque invenitur, tres, quatuorve concavitates diaphragmatibus diſtinctas habere cernitur, atque ideo etiam χονδρίλλη ἀπὸ τοῦ χόνδρου, quod pro chartilagine, ſive diaphgramate accipitur, unde hypochondrium dicitur quia ὑπὸ χόνδρου poſitum eſt: flaveſcit, contrahitur, rugoſaque efficitur: inveniuntur ſæpe plures a tenuibus fibris albis per terram repentibus dependentes, quod Plinius animadvertit, cum dicat, *radice Fabæ ſimili, aliquando numeroſa*. Nam & unus ex bulbulis illis perficit plantam, eandemque plures ſimul ex fibris dependentes. Ex quarum principio erumpunt, autumno folia Cichorii minora, oblonga circumroſa, ſive leniter ſinuata, quarum inferior pars ad cæruleum tendit, dorſum habentia rubens, carnoſa, lævia, fractu facilia, atque tunc ſtridentia, unde Herbarii hic, *Herba ſtridola*, appellant; & lac amarum emanantia: maius folium minus eſt dodrante: e medio foliorum caulis aſſurgit unicus, nudus, lævis, cavus; teres, rubens, lacte turgidus, pedalis, aliquando minor, vel etiam contra maior, ſecundum loci temporiſque temperiem; nam Plinius habet, *caulem minus pedalem*, in cuius ſummo unicus eſt flos luteus, Aprili[2] menſe prodiens, Cichorii, ſive Dentis Leonis dictæ: cuius baſis, & caulis prope illam, hirſutie nigra obſiti cernuntur: ſemen in pappos evolat maturum. Hanc alteram Dioſcoridis Chondrillam ſtatui cum ſuæ reſpondeat hiſtoriæ ab eodem traditæ, ſcilicet: " Εςι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος χονδρίλλης, φύλλον δὲ ἔχει περιβεβρωμένον, πρόμηκες, ἐπὶ γῆς ἐςρωμένον. καυλὸν δὲ ὀπῦ μεςόν. ῥίζαν δὲ λεπτὴν, ἔπακμον, κούφην, ςρογγύλην, ὑπόξανθον, ὀπῦ μεςήν.[3] *Eſt & alterum genus Chondrillæ, folium habens circumroſum, oblongum, humi ſparſum: caulem ſucco madentem: radicem parvam, vegetem, levem, rotundam flaveſcentem, ſuccoſam*. Quam ita Plinius Lib. 22. c. 22. tranſcripſit, *Chondrillon, ſive Chondrille, folia habet Iutubi circumroſis ſimilia, caulem minus pedalem, ſucco madentem amaro, radice Fabæ ſimili, aliquando numeroſa*. Quorum delineationem nulli aptare poſſumus, quæ bulboſas habeat radices, atque ex unico bulbulo ſato plantam ſeparatam efficere poſſit, quæ etiam plures globulos habere poſſit, ut vult Plinius. Folia, etſi non ſint ſtrata in terra, ut in Cynogloſſa,

Plan-

(1) *Forma locus.*
(2) *Tempus.*
(3) *Deſcriptio.*

Plantagine, & ſimilibus, nulla alia habet, præter quam illa quæ ab radice prodeunt, proximaque ſunt terræ, quarum aliqua in terram convertuntur, quæ in terra iacere dicere poſſumus. Quare nihil mihi videtur poſſe obſtare, quominus Dioſcoridis genuina cenſenda ſit, præſertim cum ex Plinii textus ſupplemento clarior fiat, quem ſcimus ab ipſo mutuatum multa tranſcripſiſſe inſalutato hoſpite. Hanc Lobellius marinam Chondrillam appellat, ſed hic rarius in maritimis invenitur, & Perdicium Theophraſti, dubitatque an ſit Dioſcoridis Chondrilla; quare aliam deſcribit Aſphodeli radice, quam Matthiolus ignorans an 16
& nobis oriretur, Conſtantinopolitanum Cichorium appellavit; quæ radicibus conſtat multiplicibus in mucronem deſinentibus: Marcellum Virgilium virum doctiſſimum ſequutus, qui ἔπακμον, non *vegetam*, ſed *in mucronem deſinentem*, vertit non animadvertens verbum ἔπακμον, ἀπὸ τοῦ ἐπακμάζειν derivari, quod verbum, ἀπὸ τοῦ ἀκμάζω, & ἐπὶ conflatum eſt, quod, vigeo, & adoleſco, interpretatur; atque vegetam, vel adoleſcentem, eſſe interpretandum ut omnes verterunt: atque etiam textum vult depravare, ut non κοῦφον, *levem* ſcilicet; ſed κορυφὴν quod verbum non legitur in textu Græco aliquo, nec in Ruellii verſione quam multis locis impreſſam habeo, ſed κοῦφον, & pro eo *lævem*, ſcriptum invenitur: quamvis in Volumine de Plantarum natura aliter dicat, ſed ibi hiſtoriographus, non interpres eſt. Quod ipſi neque ſatisfaciens, in Plinium verba vertit, quem hallucinatum putat, non percipiens, neque cognoſcens quam lectionem, quamve plantam recipere debeat: in Matthioli demum incidit Cichorium Conſtantinopolitanum, in eum etiam inſurgens, ſed & pudere debuit ipſum etiam, qui illius ſcrutator ſit, & quæ ipſe ſcribit non conſiderat, plantarum ſimilium copia & lectionum convolutus: illud tandem deſcribit. Sed neque eſt, cum pluribus radicibus, non unica propagetur, exceditque longe formam & magnitudinem ut ex Dioſcoridis & Plinii textu liquet, neque aliquando, ſed ſemper contra Dioſcoridis & Plinii ſententiam ſit numeroſa; atque multiplex: non unica ut in planta a me propoſita, quæ has vires habebit ex Dioſcoride,[1] *Vim concoquendi habent folia & caulis. Succus vero pilos in palpebris agglutinat.* Myconius hanc ſtrumoſum Cichorium appellat, atque ad ſtrumas curandas multum conferre ſe experimento didiciſſe aſſerit, quinque aut ſex integræ cum melle ſumptæ radices multis continuis diebus mirum in modum proſunt. Eadem, ſtillatitia aqua earum, & decoctum præſtat, ſed ineſficacius: item conditum ex iis cum melle paratum admodum iuvat. Herbarii hic fœmellis ad eliciendum lac uti ſonchum utilem vendunt; quæ

(1) *Vires*.

quæ illas parant ita; contundunt radices huius herbæ atque addito ſampſucho ovis intermiſcent, atque placentas ex his confectas edunt.

IANI PLANCI ADNOTATIO III.

CHondrilla haec altera, quam Dioſcoridi tribuit Columna, videtur Haemorrhoidalis Durantis. Hanc Dentem Leonis Tuberoſa radice appellavit Tournefortius, ut in Titulo appoſuimus, cui non repugnat vel Fabius, quum dicit florem ipſi luteum eſſe Cichorii, ſeu Dentis Leonis ſimilem, & ſemen pappis evolare, quod Denti Leonis proprium eſt, ut per multis aliis Herbis flore ſemifloſculoſo donatis.

18 ALISMA, SIVE DAMASSONIVM DIOSCORIDIS TAB. V.

Auricula Vrſi flore luteo I. B. 3. 499.

ALiſma, quæ Alcea dicitur, atque Damaſſonium [1], a vi propulſandi venena Leporis marini, & Ranæ rubetæ, opiique ut in Dioſcoride legitur, nomina ſunt. Lobellius vero Aliſmatis etymon eſſe ait a voce ἀλισμὸς, quod eſt maris alliſio, atque iactatio, convenireque Aliſmati, eo quod in aquis degat. Sed ſi verum hoc eſſet, Haliſma debebat ſcribere, nam ἁ, ſpiritu aſpero ſignatum eſt, ab Aliſmate alienum: atque verum eſſet, ſi planta ab ipſo propoſita Aliſma fuiſſet; ſed certè longè ſatis eſt, nihilque Dioſcoridis delineationi reſpondet quamvis verba illius etiam pervertere voluerit, ut ſuæ plantæ reſponderent: & adhuc etiam multa deſiderantur in illa planta, quæ aperte a Dioſcoride deſcribuntur, & demonſtrabo [2]: ait enim Ἄλισμα, οἱ δὲ ἀλκέαν, οἱ δὲ δαμασώνιον καλοῦσι, φύλλα μὲν ἔχει ἀρνογλώσσῳ ὅμοια, στενώτερα δὲ καὶ ἐπὶ γῆν κλώμενα· καυλὸς δὲ λεπτὸς, ἁπλοῦς, ὑπὲρ πῆχυν ἔχον κεφάλια, θυρσοειδής. ἄνθη λεπτὰ, λευκὰ, ὕπωχρα. ῥίζαι ὡς μέλανος ἐλλεβόρου λεπταὶ, εὐώδεις, δριμεῖαι, ὑπολίπαροι; ὑδρηλὰ δὲ φιλεῖ χωρία. [3] *Aliſma, quam alii Alceam, alii Damaſſonium appellant, folia habet ſimilia Arnogloſſo, anguſtiora vero, atque in terram convexa; caulem tenuem, ſimplicem, thyrſi ſpecie, cubito altiorem capitula habentem: flores tenues, albos, ſubpallentes: radices ut nigri Ellebori tenues, bene olentes, acres, ſubpingues. Aquoſa amat loca.* Ex hoc Textu Plinius in ſuos libros ita repoſuit Aliſmatis Hiſtoriam. [4] *Aliſma, quam alii Damaſſonium, alii Lyron appellant. Folia ei Plantaginis, niſi anguſtio-*

ra

(1) *Nomen Etymon.*
(2) *Deſcriptio.*
(3) *Lib. 3.*
(4) *Lib. 25. c. 10.*

ra eſsent, & magis laciniosa, convexaque in terram, alias etiam venoſa ſi-militer: caule ſimplici, tenui, cubitali, capite thyrſi: radicibus denſis, tenui-bus ut veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Naſcitur in aquoſis. Al-terum genus eiusdem in ſylvis, nigrius, maioribus foliis, &c. Quorum de-lineationibus quantum reſpondeat planta a me propoſita ex hac deſcri-ptione patebit.[1] Radicem habet in ſummo craſſam maiorem digitum æquantem, foris rufeſcentem, ex qua fibræ pallentes dependent cir-cum plures, carnoſæ tenues, non diſſimiles Elleboro, odoratæ, atque guſtu acres: folia emittit plura in gyrum in terram inclinantia, pallido colore, lævia, carnoſa, forma Plantaginis latifoliæ anguſtiore, ſed ner-vi parum conſpicui videntur in ſuperiore & latiore parte ſerrata mi- 19
nutis, parviſque dentibus: quarum quæ proximiora ſunt humo flacci-da, atque languida ſunt: caulem emittit, non e centro foliorum, ſed ex radicis latere, cubitalem atque maiorem, cum planta vetuſtior eſt, ſupra quem radiatim foliola exeunt latiuſcula, quorum unicum triplo maius eſt, ut in pictura viſitur, baſim conficientia florum, qui inter i-pſa velut umbella, aut corymbi dependent, ex albo luteſcentes, pa-rum odori, cavi, tenues, in quinque partes in ſummo diviſi, ac ſi quin-que foliolis eſſent constructi. floribus Primularum veris vulgo dictarum non diſſimiles, calices ex quibus prodeunt, in imo habentes. Quibus ſiccatis fructus remanent rotundi, duri, apicem habentes; cortice mol-li in quinque etiam partes diviſa contecti, ut in Ocymoidum genere viſitur: in quibus minutum ſemen, fuſcum, anguloſum, citrinæ Nigel-læ ſimile continetur. Februario,[2] & Martio menſe floret, atque æſtate fructus perficit. In montoſis oritur, rupibuſque[3], in quibus ex altiore parte montis defluit humiditas, atque umbroſis locis frigidiſque gau-det: in Palinuri rupibus humidis frequens. Hanc recentiores Vrſi auri-culam appellant a forma, foliorum ſcilicet, quæ erumpunt, tunc enim auriculam imitantur: & Saniculam atque Paralyticam, propter inſi-gnes facultates, quas obtinet, atque propter florum præcocitatem in-ter Veris Primulas recenſent; quibus congener eſt: quas Phlomides, ſi-ve Verbaſculos putarunt (ſed a Verbaſcis longe abſunt) quarum plu-res ſpecies a plantarum collectoribus depinguntur, a loco in quo na-ſcuntur nomine diſcretæ; nam aliæ, ut hæc montanis locis, aliæ ſylvis, aliæ pratenſibus gaudent: at omnes quidem umbroſa humentiaque a-mant loca. His Fuchſius vir doctiſſimus, ſub Verbaſculorum nomine, aliud enim verius his inditum non erat, has vires[4] tribuit. *Radicis de-cocto veſicæ, renumque obſtructiones ſolvuntur.* Quod etſi a Dioſcoride[5]
non

(1) *Forma*.
(2) *Tempus*.
(3) *Locus*.
(4) *Vires*.
(5) *Lib. 6. de ſimpl. med. facult.*

non memoretur, a Galeno tamen hæc de Alifmate, five Damaffonio proferuntur. *De hac herba in tertio libro tradit Diofcorides, quod eius radix epota dyfenterias fanet, & alvum fiftat, atque œdemata mitiget, fed nos ea quidem experti non fumus. Quod autem conftitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit, pota comminuat: id certe experti fumus. Ex quo liquet quod abfterforiam quandam facultatem obtinet.* Sequitur
'20 Fuchfius. *Ius herbæ propinatur & illinitur adverfus rupta, luxata, & liventia: quod vero hæc eadem poffint, temperamentum eorumdem palam docet: parum enim adftringunt, fi guftaveris, amara, & modice acria funt: ut hoc nomine, deficcandi, & detergendi facultatem habere nemo dubitet. Et mulieres formæ ftudentes fucco e floribus illarum expreffo faciem illinunt, quod maculas, rugafque, & alia eiusdem vitia mirifice deterge-ant.* Ad enterocelas rhoracifque vulnera commendantur ex Matthiolo. Plinius vero Lib. 25. c. 10. ex Diofcoride tranfcripfit hæc tantum. *Vfus in radice utriufque adverfus ranas, & lepores marinos drachmæ pondere in vini potu.* Quibus refpondere videntur quæ de primulis congeneribus fcribit Matthiolus: ait enim aquam ftillatitiam ex florida planta exceptam utilem effe in potu, languoribus cordis, & totius corporis: nam, ut periclitatores aiunt, mirum in modum auxiliatur, roburque addit cordi. Flores impofiti fcorpionum, & venenofarum aranearum ictibus fubveniunt: atque folia, flores, radixve, aut tota planta impofita, luem peftiferam atque vulnera fanat, Diofcorides vero ait: *Radix drachmæ unius aut duarum pondere pota cum vino commoda eft his qui leporem marinum vorarunt, & quos rana rubeta momordit, & qui opium haufrunt. Torminibus, atque dyfenteriæ per fe, aut cum pari modo feminis Dauci, potui datur. Convulfis, & ad uteri affectiones prodeft. Herba fiftit alvum, menftrua pellit, atque tumores illita mitigat.* Item Plinius de plantis ad ftrumas utilibus verba faciens ait Lib. 26. cap. 5. *Damaffonium quæ & Alcea vocatur, fub folftitio collecta imponitur ex aqua cœlefti, folium tritum, vel radix cum axungia tufa, ita ut impofita folio fuo operiatur, Sic & ad omnes cervicis dolores, tumorefque quacunque in parte.* Ex his quidem colligitur, & facie, viribufque plantam a me propofitam Diofcoridis effe Alifma, five Damaffonium, omnibus refpondentibus notis; quas longe abeffe ab aliis Damaffoniis five Alifmatibus putatis, quifque ex his iudicabit; radice quidem, foliifve aut ferraturis, caule, odore, atque fapore, viribufque minimè refpondentibus quæque planta ab iisdem propofita eget, quæ hic repetere prolixum foret. Eft & alterum genus Alifmatis a Plinio memoratum, de quo in fequentibus dicam.

ALI-

ALISMATIS SIVE DAMASSONII GENVS ALTERVM PLINII TAB. VI.

Primula veris odorata, flore luteo ſimplici I. B. 3. 495.

IN deſcriptione Aliſmatis, ſive Damaſſonii ex Dioſcoride tranſcripta, Plinius addit hæc verba: *Alterum* [1] *genus eiusdem in ſylvis, nigrius, maioribus foliis:* & infra primam Aliſmatis deſcriptionem, hæc verba intermiſcet Lib. 25. c. 10. *alias etiam venoſa ſimiliter.* Ex quibus verbis innoteſcit, quas depictas affero plantas, & eiusdem generis, ſecundum eſſe Aliſmatis genus Plinii. Radicem enim omnes habent [2] Ellebori modo fibroſam, pinguem, tenuem, odoratam, & acrem, ex qua folia in gyrum humum operiunt parum ab ea elata, lactucaceis proxima, inferiore parte hirſuta, venoſa, five nervoſa multum, quamobrem criſpa viſuntur, per ambitum leniter ſinuata, colore viridiore, ſaturiore primo Aliſmate depicto, quare Plinius nigrum genus appellavit, & recte. Harum prima depicta non thyrſi ſpecie caulem, & ſupra eum capitula, ſed plures cauliculos nudos, atque hirſutos promit, in quorum ſummo ſinguli flores ex calice prodeuntes inſunt, ex albo lutei, odoratique, quibus ſiccis vaſcula remanent ſemina habentia parva, ſubrotunda, fuſca, quæ Maio perficiuntur. Secunda vero, caulem, atque flores, Aliſmatis primi generis modo emittit, etiam concolores. Omnes primo Vere florem [3] edunt, indeque Veris Primulas, recentiores appellarunt, alias vero ſylvaticas, omnibuſque easdem vires tribuere, eorumdem experimento comprobatas. Quod animadvertens Plinius dixit, *Alterum genus eiusdem in ſylvis nigrius, maioribus foliis* [4] *: Vſus in radice utriuſque adverſus ranas, & lepores marinos, drachmæ pondere in vini potu.* Quibus ſubſcribenda ſunt quæ ſupra in deſcriptione primi Aliſmatis generis repoſui: nam & recentiores, ſicut antiqui omnibus easdem vires tribuere. Harum alias congeneres in plantarum collectoribus ſub Primulæ, Saniculæ, Vrſi auriculæ, & Paralyticæ nomine videre poteris, quas omnes ſub Aliſmatis & Damaſſonii nomine comprehendes: atque alias montanas, quæ in montibus oriuntur, alias ſylvaticas, alias poſtremo pratenſes, non Primulas, ſed Aliſmatis nomine inſignitas plantas, appellabis.

IANI PLANCI ADNOTATIO IV.

PRopterea quod Aliſmatis ſecundum Columnam genera, ſeu Saniculas & Primulas Veris iuxta Tournefortium eas vulgo nominemus,

C

(1) *Deſcriptio.*
(2) *Forma.*
(3) *Tempus.*
(4) *Vires.*

mus, radices habeant, ut nigri Ellebori tenues, bene olenteis, acreis, & ſubpingueis, ut ait Dioſcorides, Nonnulli Rhizotomi noſtrates eas imperitis Seplaſiariis pro Radice Contrayervae Peruvanae vendunt, praeſertim eas Primulae Veris huius odoratae luteo flore; Quem ſane dolum vitabunt Seplaſiarii ſi ſepoſita Avaritia, & Negligentia, conſiderabunt Radices Contrayervae verae obſcuriores eſſe, craſſioreſque & flagrantiores, & ſaporem denique acriorem habere, quam Radices illae Primulae Veris, in quibus quidem Terrae Odor ſemper ſupereſt, & ſapor non plane Aromaticus, ſed ſubauſterus.

ACINOS DIOSCORIDIS TAB. VII.

Ocimum Caryophyllatum Monachorum I. B. 3. 269.

A''Κινος dicta fuit planta hæc ab, ἀ, litera, quæ nota eſt privativa, & verbum κινέω, quod ſignificat, mollio, moveo, incito, cieo[1]; unde κινεῖ κοιλίαν καὶ ἔμμηνα, dicitur apud Dioſcoridem, ciet alvum & menſes[2]: hæc autem, quia contrariam habet facultatem, ſcilicet quod menſes, & alvum pota ſiſtat Dioſcoridis ſententia, ideo ἄκινος dicitur, quia ἀκινεῖ, vel ἵστησι κοιλίαν, καὶ ἔμμηνα πινομένη, quam ita deſcripſit Dioſcorides[3], Lib. 3. Ἄκινος, ἢ ἄκονος, πόα ἐστὶ λεπτόκαρφος, στεφανωματικὴ, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δὲ καὶ εὐώδης· παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπεύεται. *Acinos, aut Aconos herba eſt tenuibus ſurculis, coronaria, admodum ſimilis ocimo; hirſutior vero, atque bene olens, apud aliquos in hortis plantatur.* Plinius vero de variis oleribus verba faciens ſubiungit Lib. 21. cap. 15. *Acinos, quam Epipetron vocant, quæ nunquam floret.* Ex quo textu multi opinati ſunt eandem eſſe cum Epimetro Theophraſti a vocis ſimilitudine, quod abſque dubio eſt; rationem affero, quia Plinius illa, inter quæ de hoc Acino mentionem facit, ex Theophraſti capite octavo libri ſeptimi exaravit: atque ex rebus, de quibus ibi agit, ſi cum Theophraſti loco citato expendantur, perſpicuum erit: ubi eius verba hæc ſunt[4]: ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίμεζον. *Aliqua vero omnino flore carent, ſicut Epimetron.* Quod etiam indicio fuit, ut etiam idem eſſet cum Epimedio Dioſcoridis, cum neque Epimedium florere dicat unquam; idemque eſſe Epimedium Dioſcoridis, & Epimetron Theophraſti, a vocis quadam, & hiſtoriæ ſimilitudine, atque Epimetron Plinii, qui & Acinos dici tradit; quo loco reponendum putarem, pro *Acinos*, *Erineos* po-

(1) *Nomen Etymon.*
(2) *Lib. 2. c. de Braſſica.*
(3) *Deſcriptio.*
(4) *Lib. 7. c. 8.*

potius: quod nomen in diverſis illis Epimedii Dioſcoridis nomenclatu-
ris, invenitur: cum Plinii mos ſit, diverſa ex variis tranſcribere, atque
hic Theophraſti caput 8. libri 7. alibi vero Dioſcoridis [1] Epimedium
præ manibus habebat, immemor Epimetri iam deſcripti: non enim
ſemper potuit ſuccisivis horis, nocturniſque hæc expendere, lucem-
que videre, atque nobis oſtendere. Quibus convolutus Pena: putavit
ἄκινος per υ, ſcribi oportere, quod ſterilem ſignat, atque infœcundam
plantam: & in Matthiolum inſurgit, ut ſolet, trabem etiam ſuam mi- 24
nimè videns: ſed de his hactenus. Non eſt Acinos, quam Epipetron
vocant, Acinos Dioſcoridis, nam idem Plinius de eo loquens Lib. 21.
c. 27. ait, *Acinon, & coronarum cauſa, & ciborum Aegyptii ſerunt: ea-
demque erat quæ Ocimum, niſi hirſutior ramis ac foliis eſſet, & admodum
odorata*. Ex quibus verbis clarè liquet Acinon cibo aptam eſſe, atque
utilem, cum eo feratur: quod contra eſt in Epipetro, vel Epimedio:
ſecundò Epimedion, vel Epipetron, aut Epimetron ab omnibus flore
carere dicitur, quod contra eſſe in Acino Plinius his verbis demon-
ſtrat, *Eademque erat quæ Ocimum, niſi hirſutior &c.* Sed Ocimum non
caret flore, ergo &. Acinon flores habere eſt neceſſe, cum nihil ab O-
cimo differre debeat, niſi hirſutie tantum, qua etiam nota a Dioſcori-
de ab Ocimo diſtinguitur, cum ὀκίμῳ παραπλησία ſcribat, quæ ver-
ba & ſententiam hanc, & Plinii deſcriptionem confirmant, cum
illa præpoſitio παρὰ addat πλησία, in compoſitione vero vel no-
mini vel verbo adiuncta, proprietatem illius adiuvat, tam ſi rectum,
quam ſi iniquum ſignificet, ut in linguæ Græcæ obſervationibus licet
videre: & ſic flores habere oportet ut Ocimum, cum ab eô hirſutie
tantum differat. Quod argumentum ab aliis hucuſque non eſt animad-
verſum, atque mihi ſufficere videtur, ut flores Acinon habere, proba-
re poſſit, præter illud quod alii dixere, quod coronaria cum ſit flores
habere eſt veriſimile, ſed quidem non neceſſe [2]. Quare plantam hanc
pro veriore Acino affero, quam quotannis olitores Verno tempore ſe-
runt, illamque *Vrthicella*, hic appellant, eo quod Vrticæ hirſutiem
quodammodo referat; hirſuta quidem eſt, atque aſperiuſcula caule, &
foliis Ocimo ſimilibus, tenuioribus, oblongioribuſque per ambitum
ſerratis Mercurialis modo [3], flore æſtate etiam Ocimo ſimili, parvo,
albo in inferiore lacinia purpuraſcente, ſicuti ſtamina, quæ luteum ca-
put habent quatuor & quintum bifurcatum quinis laciniis reſponden-
tia purpuraſcente: diceres niſi aliud Ocimum agnoſceres, genuinum eſ-
ſe Dioſcoridis: folia enim habet Mercuriali ſimilia, quæ Ocimi folia
habere ait Dioſcorides: cui nulla alia planta a Dioſcoride deſcripta fo-

(1) *Lib. 27. cap. 9.*
(2) *Forma.*
(3) *Tempus.*

liis Ocimo similibus, ita Ocimo, foliis, atque positu, colore, lævitate, & caule est Mercuriale similior; hæc autem ab illis differt tenuitate caulis, quod Dioscorides requirit, illiusque & foliorum hirsutie, quæ Ocimo & Mercuriali desunt. Odore est fragrantissima ad Caryophillos aromaticos accedente; & si tantum illam tangis, remittit odorem, & si deinde manum naribus admovebis, iucundissimo odore nares ferientur, gustu Ocimo acriore cerebrum confortante, & magis exsiccante percipitur ore: semine in utriculis simili: perficitur Septembri, & Octobri Mense. Quare admodum est odorata, & boni odoris, atque tam Ocimo similis est facie, ut non dubium sit Ocimi speciem esse, cum hirsutie tantum atque caulis tenuitate differat. Acini mentionem Galenus omisit: Paulus vero Dioscoridi se subscribens ita ait. *Acinos Ocimo similis, mediocriter adstringendi vires habet* [1]; quod clare ex gustu mandendo percipies, *ideoque alvum & menses pota sistit: imposita vero panos, & erysipelata curat*. In Plinii textu contrarias vires reperi, sed non dubito quin error sit correctoris putantis calidas vires, aperientesque habere, atque sicut Ocimum urinæ difficultati succurrit Dioscoridis sententia, ita & hanc Ocimi speciem, & urinas, & menses ciere posse: ideoque *Ciet menses, & urinas*, scripsit. Quod etsi probari possit, utrasque vires Acinon habere posse, ut ab aliquibus factum est: tamen potius duobus textibus credendum censeo, quam uni contrarii rationem non reddenti. Non est Acinos Dioscoridis, quæ a diversis ponuntur, multum enim ab Acini historia absunt, qua de causa alter, alterius putatum Acinon refellit, suæ subridens opinioni: sed nulla Ocimi folia habere perspicitur, neque cum Ocimo similitudinem illam refert, qua eadem dici posset, nisi hirsutior esset, ut Plinius ait ex mente Dioscoridis. Quare Plantarum auctor nesciens quam reciperet, inodoram illam, aut potius fœtidam plantam, ubique viarum infestissimam, cum admodum odorata esse debeat, pro vero Acino appingere maluit, Lobelii, Penæque pœnam formidans: quam & ipsemet Clinopodium sylvestre appellat, quam ex Ocimis hirsutam plantam, ab ipso depictam Fuchsii medii Ocimi nomine considerare, an Ocimum hirsutum esset, & Acini nomine dignum, sed tantam iconum multitudinem, nedum plantas considerare haud poterat. Ocimo similis Planta pro Acino depingitur in vetustissimo Sancti Ioannis Carbonariæ Codice.

IANI PLANCI ADNOTATIO V.

HErbae huius Fabio nostro primum Descriptionem debemus, quam modestia quadam non suo peculiari nomine, sed Dioscoridis vene-

(1) *Vires*.

nerratione Acinon maluit appellare. Ἄκινος igitur Diofcoridi & Columnae iuxta graeci vocabuli etymon dicitur Herba Alvum, & Menfeis fiftens. Verum in hoc uterque malus Phyficus, licèt uterque non malus Botanicus. Quae enim Aromatico fapore, & acuto odore prææditae funt Herbae fiftere quidem Alvum interdum poffe video, aft Menfeis fimul fiftere poffe non video; nimis enim fanguinem rarefaciunt, & exagitant, quo fit ut ofcula venarum aperiantur, menfefque cieantur. Ocimus haec Herba Tournefortio poft Ioannem Bauhinum dicitur Diofcoride & Columna non admodum repugnantibus, qui Ocimo vulgari, feu Bafilico Regali herbae fimilem fecerunt. Tournefortius quod ὠκέως crefcat Ocimon dictum voluit; melius fortaffe Ozimum appellaffet quod bene oleat, quod Iohannes Bauhinus in Defcriptione, Typographi tamen errore bis fecerat.

ALYSSVM DIOSCORIDIS TAB. VIII. 27

Veronica flofculis cauliculis adhaerentibus Mor. *Hift. Oxon. Part.* 2. 322.

Ἄλυσσον dicta fuit planta hæc, [1] ἀπὸ τοῦ λυσσᾶν, quod eft, rabire, & α, particula privativa, eo quod rabie privat, ut Diofcorides de hac loquens, [2] ait δοκεῖ δέ καὶ λύσσαν κυνὸς ἰᾶσθαι, & Plinius [3], *Nomen accepit, quod a cane commorfos rabiem fentire non patitur.* [4] Herbula eft parva furculofa, radicem habens exiguam, albidam, tenuibus capillamentis divifam, folia bina humi ftrata, rotunda, parva admodum, carnofa, hirfuta, atque afperiufcula, per ambitum parvis, rotundifque incifuris ferrata: caulem edit aliquando unicum, [& non minus invenies unicaulem plantam, quam ramis præditam] rectum, rotundum, hirfutum fine alis, virgellam referentem, pedem, vel fefquipedem altitudine vel longitudine æquantem: aliquando multas alas, ex fingulis foliolis imis, atque etiam ex aliis fuperioribus cauli abfque petiolo ex adverfo etiam hærentibus, maioribus illis, quæ humi fternuntur, ex intervallo difpofitis, exorientes: quæ ficut & caulis, e medio ad fummum ufque; flores paulatim edunt cæruleos, parvos, Anagallidi aquaticæ pares, atque concolores, furculis, & foliis tunc alternatim difpofitis, minoribus, oblongioribus, minufque incifis, interceptos: quibus decidentibus, in illorum locum fructus hirfuti fuccedunt foliacei compreffi cordis prima facie quodammodo latiorem formam æmulantes, διοκοειδεῖς, ut Thlafpeos fructus, duplici mem-

(1) *Nomen Etymon.*
(2) *Lib.* 3.
(3) *Lib.* 24. *c.* 11.
(4) *Forma.*

membranula conſtructi, duplicis clypei ovalis, vel rotundi, alterius alteri hærentis iconem exprimentes: dupliciter ex utraque facie extuberant, ac ſi duorum clypeorum alter alterius lateri coniunctus eſſet: atque ita intelligendum eſt, non ut alii perperam, alterum alteri incumbentem clypeum conſiderarunt: nam ſi ita eſſet omnes plantæ hoc exprimerent, etiam quæ foliaceum ſemen habent; ſed Dioſcorides, ut dixi, plantam hanc ab aliis hoc ſecrevit, ut fructus eiusdem, quælibet ſcilicet membranula, duplicis clypei, latere alterius alteri hærente, iconem repreſentarent; quam deſcriptionem hæc tantum planta & congeneres referunt. Hos quatuor foliola circumdant, ut
29 in Anagallide viſitur; intus ſemina parva, ovalia compreſſa, flaveſcentia continentes, quæ veluti dorſum in medio magis elevatum habent, ideo Dioſcorides, ὑπόπλατυ σπέρμα dixit, quibus perfectis folliculi aperiuntur, ſemenque decidit. Tota planta guſtu amaricat.[1] Aprili menſe florere incipit: Maio perficit fructus,[2] In editis locis & ſole illuſtratis, ſaxoſis non cultis, parietibus hic oritur, & etiam vallibus, pratenſibuſque, ſed non ita frequens[3]. Totam videtur explere Dioſcoridis hiſtoriam, qui ait. Ἄλυσσον φρυγάνιόν ἐςιν ὑπόξραχυ, φύλλα ἔχον ςρογγύλα: παρ' οἷς ὁ καρπὸς ὡς ἀσπιδίσκια, διάδιπλα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὑπόπλατυ. φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ ξαχέσι τόποις. *Alyſſon virgultulum eſt*, in aliquibus legitur, *unicaule*, *ſubaſperum, folia habens rotunda, iuxta quæ fructus velut duplices clypeoli, in quibus ſemen ſubcompreſſum: oritur in montibus, & aſperis locis*. Diverſam ab hac plantam deſcripſit Plinius lib. 24. c. 11. his verbis poſt Erythrodani deſcriptionem ſubiungens: *Diſtat ab eo, qui Alyſſon vocatur foliis tantum, & ramis minoribus*. Ex quibus patet ſimilem feciſſe Rubiæ: & ſic alia planta diverſo eſt ab ea, quam Dioſcorides deſcripſit foliis rotundis, quæ non poteſt cum Rubia aliquam habere ſimilitudinem, cum plura folia caulem cingere deberent, ut Rubiæ ſimilis eſſet; ſed contra eſt, atque hoc confirmat diverſa illa nomenclatura Dioſcoridi appoſita, ἁπλόφυλλον, quod verbum, ſimplici folio plantam deſignat: ut ſcilicet ſimplex folium caulis lateri hæreat, non plura ſimul ex eadem parte, ut in Rubia, quæ utrinque ex oppoſito habet hærentia; quod nomen a Rubia longè alienum eſt, & planta a me propoſita referre videtur, præſertim ex medio ad ſummum, in quo clypeoli inſunt, a quibus ἀσπίδιον, nomen fuit huic impoſitum, ob eorum ſimilitudinem & frequentiam. Quare Plinius, vel aliam deſcripſit plantam, vel in tranſcribendo, Dioſcoridis textus caput antecedens proximum Alyſſo, Aparines ſcilicet,

(1) *Tempus*.
(2) *Locus*.
(3) *Deſcriptio*.

licet, alterum pro altero exaravit, cum Aparinen foliis tantum, & caule minoribus esse, atque in eo ab Erythrodano differre omnes sciant. Neoterici vero diversas pro Alysso Dioscoridis depinxere plantas, quarum nec aliqua respondere videtur, cum vel foliis sit longis, laevibus, vel etiam hirsutis, nec totundis, non φρυγανώδης, nec folliculos caule, & foliis interceptos, sed in spicam in summo dispositos habeat, contra Dioscoridis sententiam, qui descripsit ut folliculi haererent foliis, ibi παρ' οἷς ὁ καρπός, &c. ut etiam in aliis plantis quae fructum caule, & foliis interceptum habent, ut Lithospermon, & Polygonon, & similes. Nec alio modo habere possunt, si Dioscoridis textui respondere debent, quod, alii quia ab ipsis depicta planta non referebat, non sine errore pertransierunt, aut non animadverterunt. Hanc pro Veronicae specié, ut ab aliis dicebatur, minore primum afferebam ab aliis non depictam, vel minus recte expressam si depinxerunt, aliis non dissimilem, nisi quia foliis sit rotundioribus per ambitum rotundis crenis divisis, hirsutioribus crassisque & caule aliquando recto, vel supino: flore vero, fructibusque non disparibus, item sapore viribusque [1]. Quare alias Veronicas iam receptas humicaules, & supinas Alyssi varietati adscribendas putarem: Multis quidem viribus pollent, ut recentiorum experimento constat [2]. *Ad cruenta*, scilicet, *& vetera ulcera, & vulnera sananda mirifice conferunt. Scabiei, & omnibus cutis vitiis medentur. Tumores discutiunt potissimum in cervice: contra tussim, & vitia pectoris, pulmonisque datur stillatitia aqua potanda: Iocinoris, & lienis obstructiones aperiunt, uterum, renes, & vesicam expurgant. Ad febres, contagiososque morbos, trium drachmarum pulvis siccarum, epota cum Theriacae drachma ex vino commendantur; si vero statim operiantur, ut sudent aegri.* Dioscorides vero ait, *Huius decoctum potum singultus qui sine febre sunt solvit. Idem facit recentum, aut naribus admotum. At cum melle tritum lentigines & maculas solares depurgat. Videtur & Canis rabiem sanare, cum cibo contusum & exhibitum. Sed & in domo appensum salutare esse dicitur, tum hominibus, tum aliis animalibus, ne a fascino laedantur. Quin & puniceo panniculo alligatum pecorum morbos abigit.* [3] Galenus vero scripsit, *Nuncupata est haec herba Alysson, quod mirifice iuvet morsos a cane rabido. Sed & rabienti quoque data saepe in totum sanavit: atque hoc ex totius substantiae similitudine efficit. Dictumque prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & plane nulla constare methodo. Quod si quis ad multa experiatur, cognoscet facultatem habere siccificam, & digerentem, cum hoc ut absterforium nonnihil etiam obtineat.*

(1) *Varietates.*
(2) *Vires.*
(3) *Lib. 6. de simpl. med. facult.*

Hac ratione vitiliginem & maculas faciei a ſole procreatus expurgat. Quæ vires ſi conferantur cum ſuperioribus a recentioribus deſcriptis, præter facultatem ſanandi rabiem, quam neſcierunt, eædem eſſe videbuntur, nam digerere, excutere, ſiccare, abſtergereque conſpicitur, atque Alexipharmacum eſſe. Ex quibus recte poterit cenſeri plantam hanc Dioſcoridis Alyſſum facie, & viribus referre. Plutarchus [1] vero celebravit Alyſſum plantam, numeravitque inter eas quæ ſolo contactu, alituve, aut aſpectu prodeſſe homini poſſunt: non tamen contra rabidi canis maleficium, ſed contra ſingultum. Verba eius ſunt. τὴν δὲ ἄλυσσον καλουμένην βοτάνην καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες ἀπαλλάττονται λυγμοῦ. λέγεται δὲ καὶ ποιμνίοις ἀγαθὴ, καὶ αἰπολίοις παραφυτευομένη ταῖς μάνδραις. *Quin etiam herbam Alyſſon vocatam, alii in manus accipientes tantum, alii autem conſpicientes, a ſingultu liberantur, dicunt eandem ovillo & caprino pecori ſalutarem eſſe prope mandras plantatam.* Quare ἄλυζον dici oporteret, nam λύζειν, ſingultire ſignificat: indeque nomen λύγξ, & λυγμός, ſingultus vertitur, derivatur. Alyſſum depingitur in vetuſto Codice Sancti Ioannis, ut diximus, planta binis cauli haerentibus foliis, flore caeruleo, verum galericulato inter folia.

Iani Planci Adnotatio VI.

NOva item eſt haec Herba, & ante Columnam a nemine deſcripta, quam ipſe non peculiari ſuo nomine appellavit, ſed onere in ſe ſuſcepto, ut omnia ad Veteres referret, ad Alyſſum Dioſcoridis retulit. Verum Florum contemplatione, quod in Re Herbaria maximum eſt: Veronicae minoris eſſe ſpeciem ab aliis non depictam, vel minus recte expreſſam, ſi depinxerunt, acute ſuſpicatus eſt. Vt revera eodem Florum argumento ad Veronicas Moriſonus & Tournefortius Botanici ſapientiſſimi ſuperſtitione & veneratione in Dioſcoridem liberati retulere.

ALYS-

(1) *Sympoſ. lib. 3. q. 1.*

ALYSSON ANTONII COI. SIDERITIS HERACLEA DIOSCORIDIS

TAB. IX.

Marrubiastrum Sideritidis folio, cauliculis aculeatis flore candicante. Tournef. 190.

ALiam Alyssi nomine plantam describit Antonius Cous, ut Galenus refert, his verbis[1]. Ἄλυσσος δὲ ἐστί βοτάνη τῷ πρασίῳ παρεμφέρουσα, τραχυτέρα δὲ καὶ μᾶλλον ἀκανθώδης περὶ τὰ σφαίρια, ἄνθος δὲ φέρει κυανίζον: *Alysson Marrubio similis herba, asperior tamen, & magis spinosa circa orbiculos*[2]*: flore ad cæruleum vergente.* Quem sequutus Aëtius ita scripsit,[3] *Alysson, aiunt esse Sideritidem heracleam appellatum, quæ iuxta vias nascitur ubique, purpureum florem habens, & folia crassiora*, ita Latini codices habent, sed ego puto pro, *folia crassiora*, in græco textu esse scriptum, φύλλα παχύτερα, quo loco reponi debet, φύλλα τραχέα, *folia aspera*, hirsuta scilicet, nam illud comparativum παχύτερα, non refertur ad ullum positivum, atque in textu Sideritidis Dioscoridis τραχέα, etiam legitur, hoc animadvertit etiam Gesnerus. Quam descriptionem si cum Dioscoridis delineatione Sideritidis heracleæ conferas, eandem esse censebis: in qua Dioscorides diligentior videtur in foliorum descriptione; nam postquam Marrubio similia esse dixit ut exactius illorum exprimeret formam, oblongiora esse dixit, minoraque ad Salviæ foliorum formam, aut Quercus accedentia, nam & Marrubio longiora data proportione sunt, eius verba sunt hæc.[4] Σιδηρῖτις, οἱ δὲ ἡράκλειαν, πόα ἐστὶ φύλλα ἔχουσα ὅμοια πρασίῳ, ἐπιμηκέστερα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἐλελισφάκου ἢ δρυὸς, μικρότερα μέν τοι καὶ τραχέα. καυλοὺς δὲ ἀνίησι τετραγώ- 32
νους, σπιθαμιαίους, ἢ καὶ μείζονας, οὐκ ἀηδεῖς ἐν τῇ γεύσει, καὶ ποσῶς ὑποστύφοντας· ἐν οἷς ἐκ διαστημάτων σπόνδυλοι περιφερεῖς ὥσπερ πρασίου, καὶ ἐν αὐτοῖς σπέρμα μέλαν. φύεται δὲ ἐν ὑποπέτροις χωρίοις. *Sideritis, quam aliqui heracleam appellant; herba est folia habens similia Marrubio, longiora vero ad Salviæ, aut Quercus folia accedentia, minora quidem & aspera. Caules edit quadratos, pedales, & maiores non iniucundi gustus, aliquantumque substringentis, in quibus ex intervallo verticuli sunt rotundi, ut in Marrubio, in quibus semen nigrum. Oritur in subpetrosis locis.* Et sic Antonius Cous cum dicat Alysson Marrubio esse simile, atque etiam Dioscorides Sideritidem, Aëtius vero esse quam Sideritidem heracleam appellant: iidem eandem plantam diversis verbis at-

D

(1) *Lib.* 2. *c.* 11. *de Antidotis*,
(2) *Descriptio*.
(3) *Tetrabibl.* 1. *ser.* 1. *c. de Alysso*.
(4) *Lib.* 4.

atque nominibus deſcripſiſſe videntur: nam delineatio unius duabus re-
liquis reſpondere videtur, quamcumque aptare velis: non ſolum for-
ma, ſed natali loco, & viribus. Quidam obiiciunt Aëtium per mo-
dum loquendi dixiſſe, Alyſſon eſſe appellatam Sideritidem heracleam,
ſed certè ibi loco affirmantis eſt, verbum illud, aiunt; quod confirmo
ex eiusdem Aëtii textu, ubi de remediis commorſos a rabido cane cu-
rantibus loquitur, ubi ait: [1] *Danda eſt quotidie Hiera non ad purgatio-
nem, ſed tamquam auxiliare medicamentum, nucis Avellanæ magnitudi-
ne, cum cyatho decocti Salviæ, aut herbæ Sideritidis, quam heracleam ap-
pellant. Quidam etiam ſola ipſa utuntur, & multum prodeſſe dicunt, &
propterea etiam Alyſſum, eo quod rabiem eximat, ipſam nominant.* Quod
confirmat Paulus Aegineta verbis fere iisdem: [2] καθαίρειν δεῖ τὸν διὰ
τῆς συκυωνίας διδόντα καθ᾽ ἡμέραν τοῦ φαρμάκου μετὰ ἀφεψήματος ἐλελισ-
φάκου, ἢ τῆς σιδηρίτιδος τῆς ἡρακλείας, ἣν καὶ ἄλυσσον καλοῦσί τινες. *Pur-
gare expedit medicamento ex cucurbita ſylveſtri, ita ut quotidie id exhi-
beas cum decocto Salviæ, aut Sideritidis heracleæ quam aliqui Alyſſon vo-
cant.* Ex quibus omnis dubitandi ratio infirma remanet: eademque eſt
cenſenda Sideritis heraclea Dioſcoridis, & Alyſſon Antonii Coi, &
ſequentium. Miror etiam Matthiolum dicere, ſe ignorare, de qua he-
raclea Sideritide Aëtius verba faciat, cum duæ dicantur heracleæ, pri-
ma ſcilicet, & tertia: neque animadvertit, Dioſcoridem, primam he-
racleam Sideritidem communi appellatione ita denominatam afferre:
tertiam vero a Crateva tantum ita appellatam referre: atque primam
in petroſis, & ſecus vias oriri, tertiam vero in vineis locisque humi-
34 dis, umbroſiſque atque a prima differre foliis, & floribus, ut a Dio-
ſcoride traditur, & infra dicam ſuo loco: primam vero foliis ad Mar-
rubium, atque etiam floribus, totaque forma, ſed minore accedere,
ut ex ſequenti hiſtoria, & icone patebit: eodemque tempore Dioſco-
ridis Sideritidem heracleam, & Antonii Coi Alyſſon ex Galeno habe-
bis. [3] Planta hæc oritur hic circa latas vias vallium petroſas, aridas, u-
bi parum terræ ſupra petras ineſt. Autumno exit [4], atque Vere cau-
lem edere incipit, duratque ad Aeſtatem: Radicem habet parvam, [5] li-
gnoſam, fibris diviſam, ex qua folia emittit Marrubii forma, longiore
tamen ut Dioſcorides ait ad Salviæ, proportione data, longitudinem
accedentia, ſatis Chamædryo ſimilia, parum maiora quæ prima exo-
riuntur ante caulem: hirſutie aſpera, incana, atque per ambitum in-
ciſa, ſed non tam profunde ut in Chamædryo: ſed Betonicæ modo,
quam etiam Quercus folia habere ait Dioſcorides: caules plures exeunt,
qua-

(1) *Tetrabil.* 2. *ſer.* 2. *c.* 24.
(2) *Lib.* 5. *c.* 23.
(3) *Locus.*
(4) *Tempus.*
(5) *Forma.*

quadrati, pedales inveni ſponte; ſed cultu parum maiores efficiuntur, parum repentes, ac veluti ſupini eriguntur, qui cum tribus digitis e terra eminent, flores habere conſpiciuntur ſingulis geniculis verticillatis, ut in Marrubio, ex albo ad purpurocæruleum vergentes: qui, caules geniculis circum hærentes ex intervallo ornant, ſiccatis vero & deciſis remanent infundibula quibus continebantur, in quinque acutas, duras, pungenteſque eminentes diviſuras deſinentia, ita ut niſi quis hoc animadvertat, ab aculeis illis feriri ſentiat, ſi decerpere tentaverit: folia geniculis hærentia minora, oblongioraque ſunt primis, ſemen intus continent verticuli, fuſcum, Iunioque menſe perficitur. Guſtu adſtringere ſentitur, non iniucundo palato, aliquid amaroris & odoris habens. Ex his igitur conſtat plantam hanc & Sideritidem Dioſcoridis, & Alyſſum referre Antonii Coi, cum natalibus, forma, viribuſque convenire videatur. Dioſcorides ſub Sideritidis nomine has vires huic tribuit. [1] *Illita folia ſuapte vi, vulnera ſine inflammationis periculo iungunt.* [2] Galenus vero, *Sideritis habet quidem etiam abſtergendi quandam facultatem, ſed plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frigida: pauca vero ineſt adſtrictio: quare phlegmonem ſedat, & glutinat.* Quæ vires ſi rectè expendantur cum ſuperioribus alteri Alyſſo tributis, quas eaſdem Aëtius & Paulus huic tribuunt, ſimiles eſſe videbuntur, atque inter ſe ſecundùm magis & minus differre patebit. Modum vero u- 35
tendi hac ad Canis rabidi morſum ita Galenus ex mente Antonii Coi deſcribit. [3] *Alyſſon herbam contuſam, & cribratam repone. Huius cum opus fuerit, a cane rabido morſis cochlear exhibebis ex aquæ & mulſæ cyathis tribus, ſtatim a primo die uſque ad quadraginta: ſin minus, ſaltem primis ſeptem diebus. Hanc inter Caniculæ æſtus colligere oportet; exiccataque, & cribrata ſervanda eſt, ut expirare non poſſit.* [4] Aëtius vim purgantem habere tradit ab aliis minimè cognitam, ſi pulvis Alyſſi huius VI. ſcrup. pondere cum aceto, modico ſale, ex aqua potui inſperſa bibatur. Non eſt Alyſſon Galeni, Antonii Coi ſcilicet, planta illa Hiſpanica Marrubio ſimilis, ſi non eſt Sideritis heraclea, ut Paulus & Aëtius volunt: nec obſtat dicere Galenum diverſis locis de Alyſſo, & Sideritide verba facere, nam nihil obſtare videtur, cum hiſtoriam Alyſſi in lib. 2. de Antidotis, non ex mente ſua, ſed ab Antonio Coo deſcriptam afferat, atque eo loco relatoris vicem non ſcriptoris gerere videtur: ibi & aliorum veterum etiam, remedia, antidota, & ſimilia refert: & ſic non eſt dubitandum de hac mea ſententia, cum a duobus antiquis doctiſſimis medicis Paulo Aegineta, & Aetio comprobetur.

D 2 IA-

(1) *Vires*
(2) *Lib. 8. de ſimpl. med. facult.*
(3) *Lib. 2. de Antidot. c. 11.*
(4) *Tetrabibl. 1. ſer. 3. c. 31.*

IANI PLANCI ADNOTATIO VII.

MArrubiaſtrum Sideritidis folio Tournefortii, ut in titulo attuli, puto eſſe hanc herbam, quam Ioannes Bauhinus Sideritis genus ſpinoſis verticillis appellavit. Haec quoque primum deſcripta & depicta fuit a Fabio noſtro, quam ſolita veneratione in veteres ad Alyſſum Antonii Coi, & ad Sideritidem Heracleam Dioſcoridis retulit. Marrubio ſimilem fecerunt Antonius ille Cous Alyſſum ſuum, & Dioſcorides Sideritidem Heracleam ſuam, uti & Marrubio ſimilem facit Fabius noſter. Quare ſatis bene ex hoc ad Marrubiaſtrum retulit Tournefortius, quum peculiares notas habeat, quibus a Marrubio ipſo, Sideritide, & Galeopſi conſimilibus Plantis ſecernatur.

PYCNOCOMON DIOSCORIDIS TAB. X.

Scabioſa folio integro, glabro, flore caeruleo. Tourn. 466.

PYcnocomon dicta eſt planta hæc ἀπὸ τοῦ πυκνὸς, & κομῶν, [1] a comarum ſcilicet denſitate, plures enim comas edit; vel quia coma ipſa florum pluritate denſa apparet. Huius notas Dioſcorides ſic depinxit: [2] *Πυκνόκομον φύλλα ἔχει ὅμοια εὐζώμῳ, τραχέα δὲ, καὶ παχέα, καὶ δριμύτερα. καυλὸν τετράγωνον. ἄνθος δὲ τῷ τοῦ ὠκίμου ἐμφερές. καρπὸν δὲ ὡς πράσου· ῥίζαν μέλαιναν, στρογγύλην, ὠχρὰν, ὡς μικρὸν μῆλον, γεῶδες ὄζουσαν, φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις.* [3] *Pycnocomon folia habet ſimilia Erucæ, aſpera vero, craſſa, & acriora: caulem quadratum: florem Ocimi flori ſimilem: fructum vero ut Porri: radicem nigram, rotundam pallidam, ut parvum malum terram olentem: invenitur in ſaxoſis locis.* Plinius ita habet: [4] *Solvit & Pycnocomon Erucæ foliis craſſioribus, & rarioribus: radice rotunda, lutei coloris, terram redolente, caule quadrangulo, modico, tenui, flore Ocimi.* [5] Quibus notis congruere
36 videtur planta a me propoſita, quæ radicem habet carnoſam, oblique geniculatam, veluti rotunda Ariſtolochia, extuberantem, luteam; in craſſas atque plures fibras oblique ſe circum dividentem vetuſtioris Phu a me deſcripti radici ſimilem, terram redolentem, guſtu amaro, atque acri linguam mordente: caulem emittit tenuem, purpuraſcentem,

tem,

(1) *Nomen Etymon.*
(2) *Lib. 4.*
(3) *Deſcriptio.*
(4) *Lib. 26. cap. 8.*
(5) *Forma.*

tem, ab radice ad ſummum uſque alis undique diviſum, ramiſque refertum, pedem, ſeſquipedem tres, quatuorve altum: foliis, ſingulis geniculis ex adverſo hærentibus ſuperna parte hirſutis, craſsis, duris, per ambitum diviſuris Erucæ ſylveſtri ſimilibus, inciſis: altius quam in pictura viſitur: verum antequam caulem edat Plantaginis mediæ magnitudine, nullis, vel raris ſerraturis diviſis, quod etiam in Eruca ſylveſtri obſervatur, non ſemper folia habente inciſa præſertim in imo, quæ Plantaginis anguſtifoliæ formam repræſentant: acri, amaroque guſtu: folia ita geniculis caulis, alarumque hærent, ut quatuor facies cauli aliſque tribuant, non diſſimilibus cauli Ocimi, Mercurialis, atque Ebuli, quod quadratum caulem in ſuo ſuperiore capite habere tradidit Dioſcorides, & tamen caulis non quatuor habet angulos, ſed folia geniculis ex oppoſito hærentia alternatim, illos cauli conſtituunt. In ſingulorum vero caulis, ramorumque ſummo, earumque alis, terna exeunt longo petiolo capita colore purpurocærulea non diſſimilia illis Trifolii Bituminoſi, vel Scabioſæ vulgo appellatæ, pluribus circundata floribus, ſed ſinguli flores Ocimi flores imitantur forma: quibus decidentibus fructus in illorum locum ſemina continentes oblonga remanent, eodem modo quo Scabioſæ vulgaris minoris, in capitibus parum oblongis:[1] quorum forma & ſimilitudine Dioſcorides ait fructum edere ut Porrum, caput ſcilicet edere ut Porrum, cuius ſummum caput comam idem Dioſcorides appellavit, [2]ibi: ἡ δὲ κόμη αὐτοῦ &c. & Pſyllii etiam ibi, ἄρχεται δ' αὐτοῦ ἡ κόμη ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ, κεφάλια δὲ δύο ἢ τρία ἐπ' ἄκρου συνεσταλμένα, &c. *Incipit ipſius coma a medio caule, capitula vero duo, vel tria in ſummo contracta*, & etiam aliis locis. Sed quia plura capitula habet, & ſic comas, Pycnocomon appellavit. Quod autem Pycnocomon capitula habeat; teſtis eſt mihi Plinius qui ait:[3] *Paſſim & in quacumque parte, ac maximo incommodo naſcuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio ſunt Pycnocomi folia trita cum polenta, ſi nondum caput* 38
fecerint. Ex quibus iam clare liquet, Pycnocomon caput habere, atque ita vetuſtiores codices, quos habere teſtatur Marcellus Virgilius, καρπὸν ὡς πράσου, *Porri*, ſcilicet, non πρασίου, *Marrubii*, ut alii legunt, ſcriptum habent: a Dioſcoridis inſtituto abhorrens, qui Marrubio verticulos tribuit, & plantis illi ſimilibus. [4]Auguſto menſe incipit florere, Septembri vero ſemina perficit. Huius mihi Ferdinandus Imperatus ex fictilibus vaſis in quibus alebat plures, avulſæ copiam fecit. Sponte ortam non vidi, quam magis etiam laciniatam eſſe accepi, atque minorem, nam cultu caret. Fuchſius ait naſci locis incultis monta-

(1) *Lib.* 2. *c. de Porro.*
(2) *Lib.* 4. *c. de Pſyllio.*
(3) *Lib.* 26. *c.* 12.
(4) *Tempus.*

tanis, ſaltibus [1], ac interdum pratis etiam, & dumetis, atque ſubnigras habere radices: quam, cum antiquum nomen ignoraretur, recentiores *Diaboli morſum*, vel *Succiſam* appellarunt; quia tuberoſum illud, a quo fibræ deducuntur, quaſi præmorſum, corroſumque viſitur, ſed non omnibus, niſi vetuſtioribus aliquando; quod cum in aliis plantis evenire animadvertiſſet Pena, mavult, & rectè, ita dici ab urente vi, qua bubones, & peſtilentes carbunculos mordicat, quibus magno levamento admoventur folia, atque in hoc acriorem eſſe Erucæ foliis, cognoſcitur expreſſe. [2] Fuchſius calidam, & ſiccam admodum eſſe teſtatur, cum ſupra modum amara ſit, atque acris, quare ait: *Præſentaneo remedio ad maturandos, atque adeo ſanandos carbunculos adhibetur, ſi herba viridis trita imponatur, aut vinum, in quo decocta fuerit, bibatur. Radix per ſe eſtur, aut vinum eius decocti in vulvæ doloribus bibitur*. Hæc manuſcriptum herbarium habere teſtatur. Atque hodie, inquit, cum habeat diſcutiendi facultatem, & incidendi, utuntur ad diſſolvendos ſanguinis grumos. Galenus ait: [3] *Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi, attrahendique habent facultatem, utpote quæ & guſtu ſunt acria; folia itaque tumores, & furunculos diſcutiunt: fructus valentior eſt: & hæc quidem efficere poteſt mixtus alicui digerentium cataplaſmatum, cuiuſmodi eſt, quod ex farina hordeacea conficitur: palos, & alia id genus infixa ad extimam cutem elicit. Porro radix ad ſupradicta quidem deterior eſt, & infirmior, cæterum bilem flavam expurgat*. Quibus ſe ſubſcribit Aegineta. [4] Dioſcorides vero addit aliqua, & ait: *Semen gravia ſomnia & tumultuoſa facit, drachmæ pondere potum: tumores diſcutit illitum cum polenta: Spicula adactoſque corpori aculeos extrahit. Folia illita*
39 *tubercula & furunculos diſcutiunt. Radix eius in aqua mulſa duum drachmarum pondere, alvum ſolvit, & bilem extrahit*. Aliqui alias vires Scabioſis tributas huic referunt, ſed Scabioſas, quas hic ſponte ortas habemus, non habere acrimoniam percepi, & ſi aliquantulum amaricare palato ſentiantur; præterea recentiores, & præſertim Pena, contrarias vires Scabioſis tribuêre, nam in capite de Scabioſa, & Diaboli morſu in Adverſariis, viribus iisdem præditas eſſe illas ſcribit, ſed in Obſervationibus de Cyaneo vulgo dicta, Chondrillas Scabioſas, Cyaneoſque eandem temperiem habere, nempe refrigerantem, & ſiccantem. Quare hoc loco parvam illis fidem adhibendam eſſe cenſeo, atque non parum differre Scabioſas ab hac planta, etſi capitulis ſimiles eſſe videantur. Quidam obiiciunt huic plantæ, folia prima non eſſe Erucæ ſilveſtri ſimilia, ſed Plantagini, his ego; cum in aliis reſpondere videatur, ita reſpondi: non omnes plantas Dioſcoridem, cum ſcripſit vidiſ-

ſe:

(1) *Locus*.
(2) *Vires*.
(3) *Lib*. 8. *de ſimp. med. fac*.
(4) *Lib*. 7.

fe: ut idem in proemio teftatur, fed quæ ab aliis fine contrarietate defcripta invenerat, exaraffe; quare vel idem, vel is a quo tranfcripfit, plantæ caulem, fine primis foliis humi proximis (quæ facilè pluvia intercedente terram tangentia marcefcunt, ut in Glafto fylveftri cuius folia prima plantaginea non vidit, fed quæ caulem lactucæ modo cingunt, ideo foliis lactucæ fimilibus effe ait, fed certè fativum Glaftum a fylveftri nihil differre, nifi cultu non eft dubitandum) floridum atque perfectum delineavit: idcirco parvi effe faciendum hoc iudicavi: fciens Antiquiores in defcribendis plantis non omnibus diligentiam adhibuiffe, ut cuique exercitato conftat: & ut dixi Erucæ fylveftris folia neque incifa in imo effe & latiora, & Diofcoridem non magnitudinem, fed formam foliorum femper defignare, nifi expreffertit illam ut folet. Quare his non obftantibus plantam hanc Pycnocomi nomen, formam, virefque cum referat, habere ftatui; adhuc incognitam, nec ab aliis animadverfam. Pena Pycnocomi nomine acanaceam plantam quandam defcribit, nulla prorfus facie Pycnocomi, quam nec ipfe aufus eft Pycnocomon effe afferere. Vim purgatricem recentiores in hac planta non cognoverunt fub Succifæ nomine. Diligens nunc, doctufque medicus, qui non ut alii Carri femitam fequatur; poterit huius plantæ radicis vim experiri, modo a Diofcoride defcripto.

IANI PLANCI ADNOTATIO VIII.

SI huic Herbae Pycnocomon Diofcoridis nomen eft, gratias Fabio habebit, quod Succifae, & Diaboli Morfu nominibus fane obfcuris, & invenuftis eam liberarit, & graeco patrio nomine venufto quidem & claro iterum eam ornarit. Verum ut valde dubito, quin Pycnocomi nomen ei conveniat, eo praefertim quod folia Erucae fimilia non habeat, ut habere dicit Pycnocomon fuum Diofcorides; Gratias potius habebimus diligentiffimo Tournefortio, qui eam, ut in titulo notavi, ablegato rotundo hoc Fabii Columnae nomine, & obfcuro invenuftoque aliorum ad Scabiofam fapienter revocaverit.

SEM-

40 SEMPERVIVVM TERTIVM DIOSC. ET PLINII TAB. XI.

Sedum Echinatum vel Stellatum, flore albo I. *B.* 3. 680.

Idem flore luteo ibidem.

ETsi ſemper non vivat planta hæc,[1] cum tamen ἀειζωοειδὴς ſit caule, foliis, floribuſque, atque viribus, Sempervivi nomen adepta eſt. Iisdem locis quibus congeneres aliæ plantæ, gaudet: petris ſcilicet humentibus; ſata vero ubique provenit[2]. Huius radix parva admodum, fibroſa, atque multis capillamentis tenuibus eſt prædita[3]: folia Portulaca ſunt latiora, maioris Sempervivi æmula, minora tamen, carnoſiora, & rotundiora, præſertim antequam caulem edat, quibus folia Ariſtolochiæ Clematitidis Dioſcorides comparat his verbis, φύλλοις ὑποστρογγύλοις ἀειζώου μικροῦ ἐοικόσι: *foliis ſubrotandis parvo ſupervivo ſimilibus*: ſucco magis referta, hirſuta, ſinus quatuor in latiorem partem habentia: caulem craſſum, rubentem Tithymali Characiæ modo atque ſuccoſum cingunt alternatim: aliquando multas radice tenus alas habentem ſupinas: quandoque unicum caulem rectum, in ſummo duabus, tribuſve alis diviſum, ubi folia paucioribus, binis tantum ſinibus eroſa conſpiciuntur: in alarum cavo interceptus Primus flos exit, poſteaque per alas diſpoſiti ab imo incipientes alii prodeunt paulatim albo colore, lacteove, ſtellam referentes quinque radiis conſtructam, in medio quorum totidem ſiliquæ ſtellatæ, eiusdem formæ, & magnitudinis ſuboriuntur: exiguis multiſque ſeminibus nigricantibus turgidæ, non ſecus ac ſecundum Sedum. Tota planta longitudine, altitudineve dodrantem ad ſummum æquat cultu: humilior eſt huius coma ſecundo Sempervivo vermiculatis foliis.[4] Maio menſe floret, Iulio, & Auguſto finitur. Sapore primum aquoſo in fine adſtringente ſine aliqua mordacitate. Huic ſimilem depictam edidi, ſed minorem; quam ſponte ortam vidi in pariete vetere ædis D. Antonii extra urbem, poſtea multis locis humentibus. Toto habitu ſuperiori eſt ſimilis foliis, variat non ſinuatis, magis ad Portulacæ folia accedentia, ſed minora, flores non albos, ſed luteos promit, eodemque tempore perficitur: guſtu etiam ſimili. Nec dubium eſt quin ſit eadem ſpecie & viribus;

(1) *Nomen Etymon.*
(2) *Locus.*
(3) *Forma.*
(4) *Tempus.*

bus; quibus ambæ easdem, quas reliqua duo genera Sempervivi habent vires, Dioſcoridis ſententia, referunt.[1] Atque tertii ab eodem 41
deſcripti notas adimplere videntur: ait enim. Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος ἀειζώου, ὃ ἔνιοι ἀνδράχνην ἀγρίαν ἢ τηλέφιον ἐκάλεσαν, ῥωμαῖοι δὲ ἰλλέκεβραν. ἔχει δὲ αὐτὴ παχύτερα τὰ φυλλάρια πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης, καὶ δασέα. φύεται ἐν πέτραις.[2] *Videtur autem & tertium genus Sempervivi eſſe, quod aliqui Andrachen agriam, aut Telephion vocant: Romani autem Illecebram. Habet foliola craſſiora*, aliqui pro παχύτερα, πλατύτερα legunt & melius, ut etiam Plinius, nam comparativum πλατύτερα, *latiora* ſcilicet, refertur ad folia ſecundi Sedi, cuius folia craſſa ſunt, & rotunda, vermiculi modo, quibus craſſiora non poſſunt eſſe, ſed latiora certe, atque ideo ſimilia ſunt Portulacæ foliis, quare ita legendum eſt. *Habet foliola latiora, Portulacæ proxima, & hirſuta. Naſcitur in petris.* Ex quo textu Plinius ita tranſcripſit.[3] *Huic* [ſupra aliis ante duobus deſcriptis,] *ſimilis eſt, quam Græci Andrachnen agriam vocant Itali illecebram, puſillis latioribus foliis, breviori cacumine: naſcitur in petris, & colligitur cibi cauſa.*[4] *Omnium harum vis eadem, perfrigerare, & adſtringere, &c.* Ex quibus colligitur eandem plantam eſſe, quæ ſupra a Dioſcoride eſt deſcripta: viribus tantum contrariis differre videtur. Quare videndum eſt cui textui ſit credendum, & quænam vires propriæ ſint huius plantæ. Et certe non ſolum ex ſapore plantæ huius, quæ integras notas Dioſcoridis, & Plinii in ſe continet, ſed ex aliorum coniecturis, vires has, Δύναμιν δὲ ἔχει, &c. Dioſcoridis textui inſertas, ſuppoſititias eſſe, eſt credendum. Plinium omnium primum Dioſcoridis textum in ſuos libros tranſcripſiſſe nemo dubitat, etſi ab ipſo nunquam memoretur; eoque tempore incorruptum habuiſſe exiſtimandum eſt. Quamobrem ſi duorum fideliter hiſtorias tranſcripſit, & tertii quoque Sempervivi hiſtoriam, notas vireſque ſimul incorrupte exaraſſe eſt credendum: nec ipſo ſuo marte illas vires deſcripſit, ſed ab Auctoribus fide dignioribus tranſcripſiſſe, non tantum has, ſed omnem hiſtoriam fatetur. Quod clare patet, nam Plinius deſcribit primum, ſecundum, & denique tertium Sedum, nec ſingulis, nec primo tantum adſcripſit vires, ut in Dioſcoride, ſed in fine deſcriptionis omnium trium concludit dicens, *Omnium harum vis eadem, perfrigerare, & adſtringere*; atque vires privatim ſequenter deſcribit. Facilius igitur, veriuſque cenſendum eſt, eumdem qui diverſas illas plantarum nomenclaturas Dioſcoridi adſcripſit, & has appoſuiſſe vires Ga- 43
leni commentario deceptum, & nominis varietate, atque ſimilitudine. In Gloſſis enim Hippocratis Galenus tradit, Telephium ſpeciem eſſe her-

(1) *Lib.* 4.
(2) *Deſcriptio.*
(3) *Lib.* 25. *cap.* 13.
(4) *Vires.*

herbæ, quæ & Sempervivum fylveftre, & Portulaca fylveftris appellatur, a Romanis autem Illecebra. Quod Auctor qui Emblemata in Diofcoridem edidit Bafileæ impreffa animadvertit, atque alii etiam Commentatores confirmant, fed de variis nomenclaturis loquuntur, non de viribus falfo appofitis, quod verius eft: varia quidem illa nomina apud Plinium funt: vires verò minime. Verius igitur deceptus eft ab hiftoria portulacæ filveftris putans easdem vires habere Sempervivum tertium, quia etiam Portulaca fylveftris appellaretur: in quam decipulam incidit Marcellus Virgilius etiam, qui ea quæ de Portulaca fylveftri erant, tertio fempervivo adfcripfit: ita recte factum exiftimans: non enim animadvertit contrariam hiftoriam a Plinio defcriptam, magis Sedo tertio congruere, verioremque effe. Aliam igitur in medium afferam textuum conciliationem, & primo, ut veritas agnofcatur, demonftrandum eft, fylveftris Portulacæ hiftoriam fuppofititiam effe: & adducor, quia nec in Plinio de hac fylveftri Portulaca, neque in Galeno, qui etiam in multis Diofcoridem eft fequutus, nec in Paulo aliquid memoriæ invenitur: atque rationi confentaneum eft, nullam effe inter fativam, & fylveftrem, fpontaneam fcilicet Portulacam, differentiam: nifi magnitudine a cultu proveniente, nihilque fapore & viribus differre, ut iam omnes alii doctiores animadvertére, qui ab ipforum commentariis penitus caput illud abftulerunt. Sylveftrem Portulacam effe cenfeo, quæ Peplis, & Peplion dicitur: nam hæc verba Plinii mihi indicio fuerunt, de fativa Portulaca loquentis.[1] *Eft & Portulaca, quam Peplion vocant, non multum fativa efficacior; cuius memorabiles ufus traduntur, &c.* Portulacæ fcilicet fativæ, cuius vires multas defcribit; Sylveftris vero Peplii fcilicet, nulla alia eft in illo mentio. Et apud Galenum[2], *Peplion frutex fuccum habet velut Tithymali, & nafcitur plerumque circa mare; radicem habens inutilem, quemadmodum & Peplos, &c.* Apud Diofcoridem.[3] *Peplis, quam aliqui fylveftrem Portulacam vocant, Hippocrates Peplion, in maritimis maxime nafcitur, late opaco frutice candidi fucci pleno, foliis fativæ Portulacæ, rotundis; inferne rubentibus: femine fub fo-*
44 *liis rotundo, ut in Peplo: igneo guftu: radix tenuis, &c.* Ex quibus facile credendum eft fuppofitorem illud Peplidis defcriptionem, Portulacæ fylveftris nomine infignitam, ab alio aliquo Auctore defcriptam, putantem a Peplide differre, cum ignoraret easdem effe plantas, Diofcoridi adfcripfiffe, cum deeffet ibi fylveftris Portulacæ differentia. Ita etiam contigit Marcello Virgilio, qui putans fylveftrem Portulacam, eandem effe cum tertio Sedo; ob idem nomen illis donatum, il-

(1) *Lib.* 20. *cap.* 20.
(2) *Lib.* 8. *de fimpl. med. fac.*
(3) *Lib.* 4.

illius hiſtoriam, atque vires capiti tertii Sempervivi repoſuit: nominum, & notarum plantæ ſimilitudine deceptus: ideoque inveniuntur eadem verba, easdem vires Portulacæ ſylveſtris, tertio Sempervivo tribuentia. Integra quidem verba illa in hoc tertio Sedo repoſita inveniuntur, quæ ſi quis eruditus, veritatis ſtudioſus conferre voluerit, eadem abſque immutatione inveniet. Alii putant ſylveſtrem Portulacam non eſſe reiiciendam, ſed vires tantum illi adſcriptas, tertio Sedo reponendas: a quo illapſas eſſe cenſent. Alii Telephium & Sedum tertium confundunt, eandem eſſe plantam iudicantes. Alii varias de hoc ſententias iuxta ipſorum mentes tradunt, mihi minime perſuadentes. Hæc igitur mea, rectiorque videtur ſententia: ut Peplis, Peplion dicta, eadem ſit, quæ Portulaca ſylveſtris Dioſcoridi ſuppoſita, viribus namque igneis ambæ ſunt præditæ, forma etiam eadem. Quare expungenda erit Portulaca hæc ſylveſtris igneis viribus, exulcerantibuſque Tithymali vires referens: & Peplis tantum remanebit, duplici nomine, ut iam a Dioſcoride deſcribitur, & a Plinio, qui nullam aliam habet ſylveſtrem Portulacam, niſi Peplion dictam: quæ in maritimis maxime naſcitur, & fervidis collibus arenoſiſque ut aliæ maritimæ plantæ multæ. Telephium etiam a tertio Sedo differre, nam & in Plinio utrumque habetur, & ut Dioſcorides ait. *Telephium folia habet cærulea, & binas alas in ſingulis foliorum geniculis, atque inter vites naſcitur, & culta loca*. Sedum vero eiusdem ſententia foliis eſt hirſutis, atque in ſaxis, & non alibi oritur. Sunt qui Sedum hoc, non folia hirſuta, ſed denſa, habere malunt, atque verbum, δασέα; *denſa* interpretantur, quod a Dioſcoridi inſtituto abhorret. Semper quidem verbo, δασέα, utitur, pro *hirſuta*, & pro denſa, πυκνὰ, quod patet in multis, & præſertim in capite de Aethiopide, ubi ambo ponit, ibi ἔχει τὰ φύλλα δασέα δὲ λίαν, καὶ πυκνά: *Habet* ſcilicet *folia hirſuta valde, & denſa*. Quamobrem poterit verbum illud 45
δασέα, *denſa* interpetrari, etſi, *denſa*, etiam per translationem interpretetur, cum iam videmus Dioſcoridem pro, *hirſuta*, accipere ad differentiam verbi, λεῖα, *lævia*, quæ inter ſe ſunt proprie oppoſita, & pro *denſa*, verbo πυκνὰ, ſemper uti. Neque obſtat caput Hyperici, & Britannicæ, nam ibi etiam Dioſcorides pro *hirſuta*, verbum hoc δασέα accipit, & iam non ſolum pericarpium invenitur hirſutum in Hyperico, ſed & tota planta tomentoſa: & ſi pro Britanica Biſtortam accipias, folia non videbis habere denſa, pauca enim habet, ſed piloſa ſaltem in averſa parte. Quare expuncta primum ſylveſtri Portulaca, & deinde verbis illis Portulacae vires Sedo tribuentibus, tria Dioſcoridis Semperviva coniunges, ut in Plinio, & verba illa poſt notas ſecundi Sedi, τούτου τὰ φύλλα, &c. in fine hiſtoriæ tertii Sem-

 per-

pervivi repones, atque ita in priſtinum reduces, τούτων τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει τὴν αὐτὴν τοῖν προειρημένοιν. Atque hoc loco potius Plinio, quam Galeno credendum cenſeo, qui duo tantum Semperviva deſcripſit, maius nempe, & minus: ideoque quidam putarunt tertium Sedum pro Telephio deſcripſiſſe, ſed certe Telephium per ſe planta eſt viribus, nedum forma a Sedo aliena, neque cum Sedo aliquid commune habet, præter appellationum varietatem.[1] Tertium Sedum viribus per omnia primo maiori ſimilibus eſſe, niſi quod ineſficacius, Auctor eſt Plinius, qui ut dixi refrigerantem, & adſtringentem vim tribuit tribus omnibus Sempervivis, atque ſemper ſimiles viribus plantas has fecit, coniunxitque his verbis,[2] *Aizoum omne, ſed e maiore ſuccus efficaciſſime.* Et alibi,[3] *omnium harum vis eadem, perfrigerare, & adſtringere. Medentur epiphoris folia impoſita, vel ſuccus inunctis. Purgat enim ulcera oculorum, expletque & ad cicatricem perducit: palpebras deglutinat. Eædem capitis doloribus medentur, ſucco vel folio temporibus illitis. Adverſantur phalangiorum ictibus, &c.* Plantæ quæ ab aliis pro tertio Sedo viribus acribus, cibis ineptæ contra Plinii ſententiam, depictæ ſunt, non hoc tertium Sedum, ſed ἀειζωοειδεῖς ſunt, non ut a me propoſitæ ἀειζωούσιαι. Huius ſuccus illitus, aut linteola illo madida, ambuſtis impoſita, quam citius ad cicatricem illa perducit: nec ſinit quod pluries expertus ſum, ignis vim ulterius diffundi. Et quæ vermiculatis foliis eſt planta minima Plinii alterum, vel tertium Dactylum eſſe cenſerem: ait enim,[4] *Sunt qui & aculeatum gramen vocant: trium generum: cum in cacumine aculei ſunt plurimum quini, Dactylon vocant: hos convolutos naribus inſerunt, extrahuntque*
46 *que ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt Aizoo ſimile ad paronychias, & pterygia unguium, & cum caro unguibus increvit, utuntur cum axungia, ideo Dactylon appellantes, quia digitis medeatur; Tertium genus Dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis, aut tegulis. Huic cauſtica vis; ſiſtit ulcera quæ ſerpunt.*

IANI PLANCI ADNOTATIO IX.

DVo Sedi genera hîc deſcribuntur, ut innui in titulo adnotantibus Ioanne Bauhino & Tournefortio; quorum libros neceſſe eſt Rei Herbariae ſtudioſus diurna verſet manu verſetque nocturna.

SO-

(1) *Vires.*
(2) *Lib.* 26. *c.* 13.
(3) *Lib.* 25. *c.* 13.
(4) *Lib.* 24. *c. ult.*

SOLANVM MANICVM DIOSCORIDIS TAB. XII.

Stramonium fructu ſpinoſo, oblongo, flore albo. Tournefor. 119.

STrychnon μανικὸν, appellatum eſt, [1] eo quod inſanire facit, ut Dioſcorides ait, qui ex Theophraſto mutuatus, ita nobis illud depinxit. [2] Στρύχνον μανικὸν, ὃ ἔνιοι πέρσιον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν· τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιόν ἐστιν εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἥ τις καὶ παίδερως καλεῖται. καυλοὺς δὲ ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπερφυεῖς δέκα ἢ ιβʹ. ὀργυᾶς ἔχοντας ὕψος. τὴν κεφαλὴν ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ πλατυτέραν, &c. [3] *Solanum manicum, aliqui Perſion, alii Thryon appellavere. Huius folium ſimile eſt Erucæ folio, maius quidem, ad folia accedens Acanthi, qui Pæderos dicitur: caules producit ab radice ingentes, decem, aut duodecim, ulnæ altitudinem habentes: caput velut olivam incumbens, hirſutius quidem, velut Platani ſphæram, ſed maius, planiuſque, &c.* Hîc animadvertendum, caput hoc Dioſcoridis mutilum, ac depravatum eſſe: nam quæ ſequuntur alterius Solani Manici, quod noſtrates vulgo, *Belladonna* appellant, notæ ſunt: a cuius deſcriptione delenda ſunt, καρπὸν ἴσχει βοτρυοειδῆ, ῥαγάδας ι, ἢ ιβʹ, ὁμοίας κισσοῦ κορύμβοις: *fructum racemoſum, acinos decem aut duodecim habet, hederæ corymbis ſimiles:* eritque ſenſus, atque deſcriptio hæc: *Florem habet nigrum, & poſt florem fructum rotundum, nigrum, mollem ut uva. Radix ſubeſt alba, craſſa, cava, cubitalis.* Quæ Græcè ita legi debent: Ἄνθος μέλαν, μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἴσχει στρογγύλον, μέλανα, μαλακὸν ὥσπερ σταφυλή. ῥίζα δὲ ὕπεστι λευκὴ, παχεῖα, κοίλη ὡς πηχέως, &c. [4] Folia ex Plinio ſunt reponenda, ait enim de Strychnis loquens. *Tertio folia ſunt Ocimi, minime diligenter demonſtranda, remedia non venena tractantibus &c.* intelligendum vero folia Ocimi formam habere, ſed maiorem & multo. Sed ad plantam redeo, eritque forſan ab omnibus recipienda, cum neque ſit quicquam quod illi refragetur. [5] Eſt igitur tetri odoris Solanum referens, planta: radicem habens rectam, fibroſam, non multum 48
longam reſpectu caulis, qui procerus eſt hominis ſtaturam adæquans, rotundus, ramoſus, multiſque alis refertus, ſemper in binas, quæ ſingulæ in alias binas, ſe dividens alas: folia habet Solani ſomniferi & letha-

(1) *Nomen.*
(2) *Lib.* 4.
(3) *Deſcriptio.*
(4) *Lib.* 21. *cap.* 31.
(5) *Forma.*

thalis foliorum magnitudine, latiora, mollia, atque per ambitum laciniata, velut Artiplex ſylveſtre anguſtifolium, pes Anſerinus dictum, medias inter ſylveſtrem Erucam, & Acanthum Pæderota dictum, inciſuras ſive lacinias referens, ut vult Dioſcorides: alternatim per intervalla cauli, ramiſque pediculo longo hærentia: ex quorum alarum ſinibus, craſſi, breves, rectique petioli exeunt, Aeſtate habentes flores albos, calathi forma, vel nolæ, ut vulgare Strammonium, odoratos, quibus decidentibus exit pilula ovalis, tunc cum eſt parva, pilis mollibus, ut Platani, ſed cum eſt adulta, ſpinoſior, horridiorque ut Xanthii pilula: nec obſtat, ut aliqui dicunt, pilulam Platani eſſe molliorem, & non ita aſperam atque ſpinoſam: idem enim Dioſcorides Xanthii pilulæ aſperitatem, ſimilem fecit illi Platani, his verbis, ἀκανθώδη ὡς πλατάνε σφαίρας: *Spinoſas*, ſcilicet, *ut Platani pilulas*: ſed Xanthii pilulæ cum imperfectæ ſunt, ſimiles ſunt his a me deſcriptis, atque etiam cum ſunt perfectæ, & adultæ, ergo nihil obſtat. Huius plantæ pilulæ in quatuor partes, cum areſcunt, dividuntur in ſuperiore parte: quatuor quidem facies, totidemque angulos rotundos habent, ideo dixit Dioſcorides πλατυτέρων, ex quibus excidit ſemen, quo ſunt turgidæ, compreſſum ſimile ſemini nucis Metellæ officinarum, ſed hoc nigrum:[1] Aeſtatis fine floret, fructus perficit Autumno. Notandum eſt in Dioſcoridis textu dici, caules, numero plurali, quod emendandum eſt, atque in ſingulari numero caulem eſt reponendum, ut in Theophraſti codice legitur, ibi[2]: ἔχει τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον εὐζώμῳ, πλὴν μεῖζον, τὸν δὲ καυλὸν ὥσπερ ὀργυιᾶς, κεφαλὴν δὲ ὥσπερ γηθίου, μείζω δὲ καὶ παχυτέραν, ἔοικε δὲ καὶ πλατάνου καρπῷ, quæ latinè ita redduntur. *Folium habet Erucæ ſimile, verum maius: caulem vero ut ulnæ longitudo: caput velut Gethii, maius quidem & craſſius: atque Platani fructui ſimile.* Sic in vulgaribus textibus. Gaza vero, non habet, craſſius, ſed piloſius, legitque δασυτέραν, pro παχυτέραν: quod magis probabile, atque Plantæ reſpondens eſt: maius quidem & craſſius, idem ſignificare videntur. Dici etiam poteſt ſatis veritati reſpondens ut verba illa, *caules emittit ab radice proceros decem, aut duodecim ulnæ altitudine adoleſcentes*, referantur plantæ alteri, Solano ſcilicet ſomnifero, & lethali, nobis, *Belladonna*, & *maius* dicto, quod ex radice plures caules emittit eadem altitudine adoleſcentes, ut ex viva planta videre licet. Non enim Dioſcoridis textus tantum, ſed & Theophraſti etiam codex mutilus, atque depravatus eſt: cum nihil diſtinguat, atque confundere videatur deſcriptionem radicis, cum foliorum delineatione, atque ex his unam deſcribere plantam: quod contra eſt in Dioſcoride, qui in alterius Solani, florem nigrum, atque acinos ferentis hi-

(1) *Tempus*. (2) *Lib. 9. c. 12.*

hiſtoriam radicem illam deſcribit: quæ convenit illi Solani, non autem plantæ a me propoſitæ, quæ minorem atque fibroſam habet: ſed neque plantas diſtinguit, neque duas deſcribere, ſed unam, atque unicum caput conficere videtur, atque vires ſcribit ac ſi unicam plantam narraſſet: ſed certe duas deſcripſiſſe cuique cognitum erit; non enim eadem planta fructus Platani ſimiles, atque ſpinis horridos promere poteſt, ac etiam acinos nigros, molles ut uva: quare vel Theophraſtum: & Dioſcoridem non deſcripſiſſe, quod non veriſimile eſt, dicendum erit, vel potius, eorum alterum: aut etiam utriuſque textum depravatum fuiſſe; atque qui primo textus tranſcripſerunt, omiſiſſe verba intermedia, atque poſtea commentatores, atque interpretes ignorantes plantas, quas deſcripſiſſe illos non eſt dubium, ita textus nobis reliquerunt corruptos: mirorque tot tantoſque doctiſſimos viros qui Dioſcoridis textum interpetrati ſunt, atque in eum commentarios edidere, ſaltem corruptum textum non animadvertiſſe: atque ſi neſciebant, quomodo illum reſtituerent, illum nobis corruptum, atque mutilum eſſe, notum facere debebant. Miror etiam Plinium, ex duobus manicis Solanis, unum deſcribere, nec duorum facere mentionem: ſed quod noſtri *Belladonna*, vocant Solanum Ocimi foliis relicto altero, quod in Theophr. & Dioſcor. Erucæ, folio invenitur, nolentem ſcribere deſcripſiſſe, ne cognitum foret: ait enim *Tertio folia ſunt Omici, minime diligenter demonſtranda, remedia, non venena tractanti; quippe inſaniam facit parvo quoque ſucco. Quamquam & Græci Auctores in iocum vertêre. Drachmæ enim pondere luſum pudoris.* Qui Emblemata in Dioſcoridem ſcripſit, quia in Theophraſto nihil de pudore habetur, *pudoris* verbum, in Plinii textu, iudicat ſupervacaneum: ſed hoc fuit, quia plantæ vires ignorabat, luſum autem pudoris, idem eſt, quod venereas res tractare, ideoque nos *Belladonna*. Quod Dioſcoridis imaginationes non iniucundas efficere, Theophraſtus, ut ludat, atque ſe pulcherrimum putet, honeſte deſcripſerunt. *Gigni dixerunt, ſpecies vanas, imagineſque conſpicuas obverſari demonſtrantes. Duplicatum hunc modum legitimam inſaniam facere. Quicquid vero adiiciatur ponderi, repreſentari mortem.* Quas vires Solani huius, alteri, Erucæ folio ad Acanthi accedenti, Theophraſtus, atque Dioſcorides tribuiſſe videntur. Sed ſi quæ Plinius ſcribit, cum Theophraſto, & Dioſcoride recte expendantur, non Erucæ folio, ſed Ocimi, Solano tributa, conſpicientur. Nam quæ Theophraſtus ſcribit, ex verbis, ὁ δὲ μανικὸν, οἱ μὲν θρύορον καλοῦσιν. *Quod vero Manicum, alii quidem Thryoron appellant*, uſque ad verba, ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον. *Habet vero folium*: & quæ ex Plinio tranſcripſi, atque ex Dioſcoride ex verbo, *florem habet ni-*

(1) *Lib.* 9. *c.* 12.

nigrum, *&c.* ad finem uſque eadem eſſe videbuntur. Quare ex his Solanum Ocimi folio, quod nos *Belladonna* dicimus, & illius vires deſcripſiſſe omnes apparebit, & Solani Erucæ folio vires, aut ſub eadem deſcriptione, vel non deſcripſiſſe, aut mancas eſſe eſt dicendum: illius quidem non radix, etſi ſoporifera ſit recentiorum experimento, ſed ſemen, manicas vires habet, alterius radicis viribus ad unguem reſpondentes, ut apud Plantarum collectorem videre poteris. Quare Plinium dicendum eſt, Solanum Ocimi folio tantum forſan deſcripſiſſe, quia ipſi notum erat, atque noſtro cœlo oriebatur, de altero vero Erucæ folio, ut ipſi incognito, & exotico noluiſſe, cum & quod deſcripſit, noluit deſcribere, ne verbum quidem facere. Gratias igitur Deo eſſe referendas cenſeo, cum noſtro ſeculo, antiquioribus incognita atque illorum mutilam depravatamque hiſtoriam, agnoſcamus veritatiſque certiores facti ſimus: atque duo Strychna manica habeamus certiore hiſtoria, delineata: præter alias plantas multas exoticas, a Theophraſto aliiſque memoratas, iam agnitas, & deſcriptas ab eodem plantarum collectore. Huius exoticæ plantae primus mihi copiam fecit Chriſtianæ fidei vere defenſoris Philippi II. Hiſpaniarum Regis Leonardus Antonius Reccus medicus peritiſsimus; cuius induſtria & labore deſcripta eſt quamplurimarum exoticarum plantarum Latina Hiſtoria, quæ impreſſa quamprimum in lucem progredietur
51 eiusdem Regis liberalitate, mandato, & ſumptu.[1] Hanc Chriſtophorus Coſta Daturam appellat; medicique legitimam nucem Methel Arabum eſſe cenſent, frigidam tertio exceſſu, ſecundique fine ſiccam conſtituunt. vires in radice & magis in ſemine plane manicas habere aſſerunt. Reliquas vires & modum utendi, apud eundem videre licebit.[2] Galenus vero de omnibus Solanis ſupra locutus ait. *Porro quod reliquum eſt, ex propoſitis Solanis, ad medicationes, quæ intro in corpus adhibentur, inutile eſt. Nam ſi quatuor eius drachmæ offerantur; mortem inferent: ſi pauciores, ſaltem inſaniam. Vna certe innoxie ſumitur, cæterum nec in ipſa utile quid obtinet. Verum ſi foris corpori emplaſtri modo illinatur, ulcera cacoethe, & nomode, ſive paſcentia curat. Sed ad talia radicis cortex præfertur. deſiccans ſecundo ordine iam completo, & tertio incipiente refrigerans ſecundo incipiente.* Si quis vero Dioſcoridis textum in priſtinum reducere voluerit, ita meo iudicio ſcribere, atque legere poterit. Græce quidem ita leget. Στρύχνον μανικὸν ἔνιοι πέρσιον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν, τὸ μὲν καυλοὺς ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπερφυεῖς δέκα ἢ ,ιβ', ὀργυιᾶς ἔχοντας ὕψος ἄνθος μέλαν. μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἴσχει στρογγύλον, μέλανα, μαλακὸν, ὥσπερ σταφυλή· ῥίζα δὲ ὕπεστι λευκή, παχεῖα, κοίλη ὡς πηχέος, φύεται ἐν ὀρεινοῖς χωρίοις, καὶ προ-

(1) *Lib. de Aromat. c. de Datura.* (2) *Lib. 8. de ſimpl. med. fac.*

προσηνέμοις, καὶ πλατανῶσι. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη μετ' οἴνου < α΄ πλῆθος, φαντασίας ἀποτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς. δύο δὲ < ποθεῖσαι ἐξιςάνουσιν ἄχει τριῶν ἡμερῶν. δ' δὲ ποθεῖσαι καὶ ἀναιροῦσιν. Ἀντιφάρμακον δὲ ἐςὶν αὐτοῦ μελίκρατον πολὺ πινόμενον, καὶ ἐξεμούμενον. Τῷ δὲ ἑτέρῳ φύλλον παραπλήσιον ἐςὶν εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἥ τις καὶ παίδερως καλεῖται· καυλὸν δὲ ἀνίησιν ὥσπερ ὀργυᾶς τὴν κεφαλὴν ἔχοντα ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ, καὶ πλατυτέραν. τούτου δὲ ῥίζα καὶ σπέρμα μετ' οἴνου πινόμενον δύναμιν ἔχει τὴν αὐτὴν τῷ προειρημένῳ. *Solanum manicum, aliqui Persion, alii Thryon appellavere, alterum quidem caules ab radice ingentes emittit decem, aut duodecim ulnæ altitudinem habentes, florem nigrum, & post florem, fructum habet rotundum, nigrum, mollem ut uva. Radix subest, alba, crassa, cava, cubitalis: gignitur in montibus, & vento expositis & Platanetis: Vim habet pota in vino radix drachmæ unius pondere, imaginationes efficiendi non iniucundas. Duæ vero potæ mentem ad tria usque dies emovent. Quatuor vero drachmæ potæ interimunt. Antipharmacum huic est, aqua mulsa multa pota & vomita. Alterum vero, folium habet simile Erucæ, maius tamen, ad Acanthi, quem Pæderota vocant, accedens, caulem longitudine fere ulnæ: caput incumbens olivæ figura, sed hirsutius, ut Platani pilula, maius vero, atque planius. Huius radix & semen in vi-* 52
vo potum eandem, quam superius, vim habet.

Iani Planci Adnotatio X.

PLantam hanc, cuius plures sunt species, quas vel Daturas, vel Solanum, vel Nuces Metellas, vel Stramonium fructu spinoso appellant Rei Herbariae Scriptores, Stramonium primum Tournefortii esse arbitror, quod Fabius noster pag. 48. in eius descriptione dicat flores habere albos, quae nota convenit Stramonio vulgari, & primo Tournefortii. Mirum tamen quomodo Fabius hanc plantam Solano Manico, seu Furioso Dioscoridis accommodet, quum hoc, ut toties ipse ex Dioscoridis textu inculcat, flores gerat nigros. Potius Dioscoridis textui Stramonia aliqua erant accommodanda flore violaceo, quae recensentur a Tournefortio, & ab aliis Rei Herbariae Scriptoribus. Violaceus enim color magis ad nigrum accedit, quam alius quicumque color, nedum albus qui nigro oppositus omnino videtur. Verum fortasse Violacea Stramonia Columnae tempore ignota erant, & quum ceteroquin aliae notae convenire ipsi visae sint Solano Furioso, floris colorem neglexit Fabius, qui saepenumero variat invariata tamen Plantae natura.

CLYMENON DIOSCORIDIS TAB. XIII.

Caltha Vulgaris C. B. P. 375.

QVam TheophraſtusClymenon[1] plantam appellat, illam Dioſcorides Periclymenon: iidemque diverſis nominibus eandem deſcribunt, eidemque medicas virtutes tribuunt eaſdem. Plinius vero qui ex utroque exaravit, nulla habita differentia inter Clymenum Theophraſti, & Dioſcoridis[2], de Clymeno loquens, quas Dioſcorides Periclymeno notas tribuit, ipſe Clymeno adſcribit ex Theophraſto ſumptas, neque animadvertit Clymenum Theophraſti eſſe Periclymenum Dioſcoridis: plantaſque confundens in duas videtur ſpecies dividere, primam ita a Latinis forſan dictam, eique folia & ſemina Hederæ tribuit, quæ Dioſcorides Periclymeno: ſecundam ita a Græcis appellari, ait (nolens Dioſcoridem citare,) habereque folia plantagini ſimilia, &c. quæ eſt Dioſcoridis Clymenum. Oblitus poſtea eorum, quæ de Clymeno ſcripſerat, Periclymeni hiſtoriam fere ad verbum exaratam ex Dioſcoride, ſuo libro impingit, [3] neminem fore exiſtimans, qui hæc animadvertere poſſit, atque Dioſcoridis partes tueatur. Galenus vero & poſteriores Clymeni omiſerunt hiſtoriam, Periclymeni tantum mentionem fecere [4]. Dioſcorides vero Clymenum a Periclymeno ſeparat, atque illius hiſtoriam ſeiunctam narrat, atque nomine, figura, viribuſque diverſam a Periclymeno facit, de qua loquens ita ait [5]. Κλύμενον καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον, ὅμοιον τῷ τοῦ κυάμου, φύλλα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου. θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα, ἐοικότα ἴριδι, καὶ πολύποδος πλεκτάναις. *Clymenum caulem fert quadratum Fabæ ſimilem, folia ad Plantaginis folia accedentia: habet autem folliculos in caule ſibi invicem annuentes, eoſque ſimiles Iridi, & Polyporum cirris*. Cui deſcriptioni nullam præter hanc a me depictam convenire patebit[6]. Radice quidem hæc prædita eſt alba, parva, tenuibus fibris diviſa, ex qua folia erumpunt longa ſemipedem ad Plantaginis anguſtifoliæ
54 folia accedentia ſicuti Glaſti folia Dioſcoridis etiam ſententia, per ambitum ſinibus non profundis eroſa, inque illorum diviſura punctum nigrum viſitur: carnoſa, parum hirſuta, tactu viſcida, ſuccoſaque: caulem emittit, quadratum, hirſutum, quem folia in imo bina ex oppoſito cohærentia, poſtea vero propter humoris abundantiam, alternatim, & quolibet angulo cingunt, quinque enim angulos pro-

(1) *Nomen*.
(2) *Lib.* 25. *c.* 7.
(3) *Lib.* 27. *c.* 12.
(4) *Lib.* 4.
(5) *Deſcriptio*.
(6) *Forma*.

promit ut in Scrophularia maiore & minore viſitur: multis alis refertum: ex foliorum vero dorſo veluti limbus deſcendit per caulis angulum, ita ut Fabæ caulis angulum videatur repræſentare. Flores in ſummo alarum & caulis primo Vere ad Autumnum uſque ſemper promit luteos ſaturatos, non nihil odoratos, croci diluti colorem imitantes; magnitudine & forma Chryſanthemo Dioſcoridis laciniatis foliis ſimiles quodammodo. Quare etiam Calycanthemon, & Helyophyes appellatum invenitur in diverſis illis Nomenclaturis, quia florem Calycis modo habeat, & circummagatur, ut Heliotropium, quare ut Matthiolus refert, aliqui Heliotropium eſſe perperam putarunt. Differunt tamen parte interiore, quam non ſolidam & minutis floſculis refertam oculi orbem imitantibus, ſed foliolis, ſtaminibuſque plenam habent, aliquando ex viridi ad cæruleum vergentibus. Decidentibus florum foliis ſilique, ſive folliculi ſuboriuntur curvi C literam exprimentes, ſemen intus continentes oblongum, tenue eiuſdemque formæ, ſed triplo minus, fulveſcens, vel ad cinereum vergens: folliculi vero ita compoſiti conſpiciuntur in globulos, præſertim plantæ flore multiplici, & proliferæ, ut Lilii radicem æmulari videantur ſquamoſis partibus conflatam: nam ſinguli follicelli omnes in unum punctum, concurrere conantur, quare alii aliis interioribus incumbunt. Plantæ vero ſimplici flore folliculi aliter quidem conſtructi videntur, & compreſſam formam Cæpæ imitantur, nec ut ſuperiores ſimiles omnes, ſed triplici formæ differentia conſpiciuntur, verum ſinguli in dorſo continent idem ſemen: atque qui interiorem partem globuli occupant, ita in ſe inflexi ſunt, ut fere circulum compleant, ſuntque omnium minimi: alii vero ipſis incumbentes latiores atque maiores ſunt, & formam videntur imitari naviculæ: reliqui vero exteriores omnibus incumbentes, atque longiores, tenuiores ſunt ſecundis, nec ut primi contorti, ſed hemicyclum complent: qui ſiccati parum ab aliis recedunt, ut in pictura viſitur. Quare ſi quis recte conſiderabit, atque latos folliculos foliis Iridis floris ſe invicem tangentibus, a quibus, quia arcum varii coloris conficiunt, nomen accepit, ut Dioſcorides [1] refert his verbis, ἄνθη δὲ ἐπὶ καυλῷ παράλληλα, ἐπικαμπῆ, ποικίλα: atque longiores alios 55
folliculos exteriores ab illis parum recedentes, foliis aliis floris Iridis in terram recurvis, comparabit; perbelle Iridis florem forma ſcilicet, ſiliquas has imitari dicet. Dioſcorides vero tantum notat, ut ſint ad invicem annuentes, in ſe ſcilicet incurvati. Si vero ſingulos folliculos conſideraveris, ſingulorum dorſum tuberculis aſperum eſſe conſpicies, etſi exteriores folliculi longiores pauci, hirſutiores ſint, ſed qui inte-

(1) *Lib.* 1.

interiorem locum occupant, omnes tuberculis aſperum dorſum habent, quibus acetabula cirrorum Polypi imitari conantur, quare ſimilitudo refertur, ut curvi ſint Iridis floris modo, ſed ſimiles ſint cirris Polypi tuberculis ſcilicet aſperi ſint, ſimiles acetabulis cirrorum Polypi: πλεκτάνας Dioſcorides non ſimpliciter cirros intelligit, ſed acetabula, vel rectius acetabulis refertos cirros; atque hanc eſſe veram Dioſcoridis ſententiam, probatur, ex textu capitis Polypodii, in quo deſcribitur, Polypodium ideo ita dictum, quia ſimilem habet radicem cirris Polypi acetabulis refertis, ideoque ἀπὸ πολύποδος ποδῶν, πολυπόδιον dictum eſt: verba eius ſunt, ῥίζα δ' ὕπεστι δασεῖα: πλεκτάνας ὥσπερ εἰ πολύπους ἔχουσα, &c. quod confirmat Plinii textus, qui ait. *Radix in uſu piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cavernoſa, ceu Polyporum cirri, &c.*[1] Quod ſi quis radicem Polypodii conſpexerit, cognoſcet: habet enim tubercula plura, quibus acetabula pedum Polypi referre videtur. Hoc manifeſte ex Theophraſto liquet, qui de radicum diverſitate loquens, ait[2]: ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δασεῖα, καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας, ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι, &c. Quod autem huius plantæ fructus, folliculi dicantur, & non ſemina, clare patet, nam θύλαξ, & θυλάκιον, capſula, vagina, & quodlibet concavum, præſertim oblongum quod aliquid contineat, vel continere poſſit, dicitur: quare, cum hi fructus diſrupti ſemen contineant minus multo, ſuam habens cutem, non erit dubitandum quin θυλάκια vere ſint: quod ſi nec alicui ſatisfaciat, exemplum alterum ex Dioſcoride illi adduco ſumptum, fructus ſcilicet Glaſti, parvarum linguarum effigie, quos idem Dioſcorides θυλάκια appellavit, & tamen nec ita craſſum folliculum, nec niſi unicum ſinguli habent ſemen. Planta hæc propter copioſos flores, atque vivacitatem, qua uſque ad Autumnum, & etiam Hyemem durat ſemper florem emit-
56 tens, *fior d'ogni meſe*, appellata a recentioribus fuit: quare nulli horto non inquilina, gaudetque cultu, in ſylvis vero non ita durat, nec ita fit læta, ſed tota gracilior, atque minor, cauliſque propter paucum humorem quadratus totus ſæpius viſitur. Fuchſius, & omnes poſt ipſum Caltham eſſe ſatis frivolo argumento putarunt; quo facilius, veriuſque demonſtratur, Caltham Poetarum eſſe Chryſanthemum Dioſcoridis, quod in diverſis illis nomenclaturis Chalcanthemon, Chalca propter aureum, vel æreum colorem ſic dicta, indeque corrupte Caltha, & Buphthalmon propter floris formam dicitur: atque hîc Olitores etiam Buphthalmi nomen retinent, frequens enim eſt in hortorum marginibus: atque probatur eodem illorum argumento, ab odoris ſcilicet gravitate, quæ in Chryſanthemo non tantum flore, ſed

(1) *Lib.* 26. *c.* 8. (2) *Lib.* 9. *c.* 13.

ſed in tota planta, a quolibet naſo carente ſentitur, & a florum colore, forma, & fulgore, & ortu circa ædificia frequentiſſimo, (quod non in hac planta Clymeno,) & foliorum forma ſciſſa, & lævore & uſu etiam ab iisdem retento, ut ſcilicet teneri turiones olerum modo edantur, & in acetariis etiam recipiantur; quorum multa in ſic dicta Caltha deeſſe videntur, (corruptant quantum velint Dioſcoridis textum iſti perverſores, Dioſcorideæ, & Plinianæ puræ lectionis invidi & imperiti:) quam Caltham eſſe cenſentes illi callidas vires recentiores tribuêre. Quas etſi experimentis comprobatas eſſe dicunt, neſcio an ſit illis credendum, cum plantæ ſapor contrarium demoſtret, nullum quidem calorem ineſſe perſpicitur palato, iidemque fateantur, calorem foliorum propter humiditatem ei coniunctam non ſe protinus exerere: ſed certe minus intervallo quovis. Item adſtrictione non carere ait Matthiolus, etſi calidam putent omnes, quia ut ait Fuchſius, dulcitudine modica cum amaritudine coniuncta participat: ſed certe, acerba ſapore eſt nihil ad amarum inclinans, ſed adſtringentem, & aqueo, frigidoque ſucco referta eſt. At dato & non conceſſo quod parum ſit amara (quod enim dulce putarunt, aquoſum eſt) non ideo calida erit, etſi ſapor amarus ex calido ſiccante, vel concoquente humorem procedat, nam cum plantæ omnes mixtam habeant qualitatem, quatuor enim elementis conſtant, non ex iis, vel ſapore tantum, ſed ſimul coniunctis eſt excipienda qualitas, nam plantæ omnes aqueo humore abundant, atque non ideo refrigerant; ſic etiam quæ amaræ ſunt, non omnes calefaciunt, nam etſi ſapor amarus excedat, quia 57
omnium maxime ſenſibilis ſit, minima enim quæque amatoris pars magnam molem inſipidam, vel dulcem conturbat, auſteram etiam & acerbam: non ideo ex amarore tantum qualitatis vis dependet, ſed ex maiore & ſuperabundanti elementaris mixtæ partis vi, quæ, & recte guſtata planta, & conſiderato ſapore ſimplici vel mixto, ſimul cum experientia, & effectu decernenda eſt. Quæ vero amara ſunt & calida, fere omnia acrimonia participant, vel multo odore aromatico & etiam gravi: ea vero in quibus neutrum percipitur palato, vel lingua, frigida, & ſicca, vel humida, magna ex parte ſunt; ac etiam ſi odorata ſint, ut Roſæ, Violæ, & ſimilia, non ex odore caliditas procedit, etſi odor ipſe per calidi excoctionem contingat: amarus enim ille ſapor ex terreo humore non concocto procedit, ut in omnibus fructibus immaturis, qui cum acerbo amarum habent mixtum. Quod contra eſt in iis quæ ex dulci propter nimium calorem, vel excoctionem amara evadunt. Vt autem concludam, Picrin quæ ab amarore ſic dicta eſt, & Opium amariſſimum, & ſimilia minime calefacere certum eſt, refrigerare vero & ſiccare non eſt dubium: ex terrea ſiccaque

parte nec tenui amaror his procedit, non autem ex aërea, tenui, atque bene excocta, ut in acribus & aromaticis, quæ ficcata diu odorem & faporem retinent, ac etiam cum ficcantur, odor & fapor magis fit fenfibilis. Contra quidem in hac planta & fimilibus, quorum folia ficcata & faporem & odorem etiam, fi habebant, amittunt: quod non femel expertus fum. Aiunt poftremo huius plantæ aquam floridæ plantæ ftillatitiam oculorum ruborem atque inflammationem arcere; fi oculis inftilletur, vel lintea madida fuperponatur: ego quidem fcio plantas atque omnia quæ fublimantur, non parvam amittere frigiditatis partem, propter humoris attenuationem a calido effectam contra rei naturam, atque terream partem in qua maxima eft frigiditas, amiffam: & contra ruborem atque inflammationem non calidis præfertim in principio, quod nec diftinguunt, debere uti; fed frigidis & repercutientibus. Pena addit, *ius & teneræ cimæ in ovorum luteo in placentam exceptæ, & manfæ, nimis fluentes menfes fiftere, cunctantes vero impellere effe compertum*. Certiffimum ex ovorum come-
58 fu præfertim lutei eft fanguinem creari, quo facillime abundante, natura excalefcens menfes educit, ut fe deoneret. Quod autem ovorum lutea iuncta herba hac etiam fiftant menfes profluentes, hoc herbæ vi tribuendum eft; ex quo fi verum eft, non calefacere, fed potius refrigerare nifi urat dico, Diofcoridi confentiens qui ait, ποιεῖ δὲ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος, καὶ κοιλιακοὺς, ῥοῦ ἐρυθρὸν στῦφον, καὶ ψύχων, *Facit autem fuccus ad fanguinis reiectionem potus, & Cœliacos, & rubras fluxiones adftringens & refrigerans*, quod fane ut dixi guftu percipitur, nifi palatum fit callofum, & iam fœminarum experimento conftat, & utuntur ad hæmorroidales fluxiones fiftendas. Quod autem regium morbum emendare poffit, hoc ex floris colore & fubftantia (fi phytognomicis eft credendum) dependeret: fed puto non ex vi propulfiva, fed potius ex quadam coloris συμπαθείᾳ, cui nec femper credo: & fic plantam hanc contrariis diverfifque viribus præditam effe, diverfis partibus dicendum effet, fi tamen verum. Huic periclitatores vulnera fanandi vim tribuere, nec mirum propter humoris glutinofi vifcofitatem: tota enim planta tactu vifcida eft. Diofcorides vero Clymeno has vires tribuit, fic fcribens [1]. *Præftantiffimum montanum: exprimitur totum cum radice. Facit autem fuccus ad fanguinis reiectionem potus, & Cœliacos, & rubra profluvia adftringens, & refrigerans*. Compefcit autem & narium eruptiones. Quin etiam folia concifa, vel folliculi recentibus vulneribus impofiti, ea ad cicatricem ufque perducunt. [2] Plinius vero, *Folliculi Clymeni recentibus plagis imponuntur*. Alibi etfi Clymeni mentionem faciat, de Periclyme-

(1) *Vires*. (2) *Lib.* 26. *c.* 14.

ᵹmeno eſt intelligendum. Non eſt Clymenum Dioſcoridis, quae a Mat-
thiolo depingitur, cum ſit legumen, quod nos Cicerculam dicimus,
ut alii etiam animadverterunt, habeatque capreolos; quos cum Peri-
clymenum ſequeretur, quod ſe advolvit flexibilitate arboribus, non ta-
cuiſſet Dioſcorides ad differentiam Periclymeni: ſed nec hoc eſſet obii-
ciendum ſi in aliis reſponderet: ſufficit iam non habere folliculos alios
aliis incumbentes, ſimiles Iridi, & cirris Polyporum ut dixi, quibus
notis, & Clymenum depictum a Dalechampio verticillatis floribus, &
Scrophulariam, ſive ut dicunt, Betonicam aquaticam, Clymenum e-
tiam putatam pericarpiis rotundis, ut Scrophulariæ, foliis Betonicæ ſi-
milibus, atque Sicilianam a Lobellio dictam aliaſque etiam plantas re-
iicere hoc modo poterimus, atque etiam omnem plantam, quæ folli-
culos non ad invicem habeat incumbentes, ut iam oſtendi, ſed in ſe 59
obvolutos ut aliqui oſtendunt; quae nec aliis notis reſpondere vide-
tur.

IANI PLANCI ADNOTATIO XI.

MVltus eſt Fabius noſter, ut probet Plantam hanc, quam communiter Botanici Caltham Poetarum volunt, & Seplaſiarii Calendulam appellant, Clymenon eſſe Dioſcoridis. Quod ut faciat magis id ex qualitatibus ipſi a Dioſcoride tributis, quam fortaſſe ex eius deſcriptione colligit; In quo ſane ab erroribus veteris Philoſophiae non eſt liber, praeſertim quando diſputat de calore rerum, & frigore, quae ex ſapore dignoſci contendit, ubi mirum eſt concludere Opium quamvis amariſſimum refrigerare tamen & ſiccare. Melius ſane dixiſſet calefacere, & liquare. Opio enim huiuſmodi ſunt facultates tam extrinſecus admoto, quam intrinſecus aſſumpto. Penetrat enim valide & adurit teſte Bateo & Freindio ſi partibus corporis externis admoveatur. Calefacit vero & liquat, ut ſudores multos cieat, & menſeis, ſi uberius intrinſecus ſumatur, quod ultimum praeſtare Caltham Matthiolus aſſerit. Arimini vulgo haec herba Blanchellia appellatur, eamque gerit in Stemmare gens nobilis illius Vrbis Blanchellia.

ASTRA-

ASTRAGALVS DIOSCORIDIS TAB. XIV.

Orobus ſylvaticus, purpureus, vernus C. B. P. 351.

SEminum forma[1] ἀστραγαλοειδὴς, plantæ huic nomen indidit Aſtragali: ἀστράγαλος quidem talum, & talorum luſum ſignificat, quorum formam & uſum huius plantæ ſemina referunt: tereti forma quidem ſunt, in ſuperna infernaque parte plana, vel acetabulorum modo concava: poſſet etiam ita appellari a tuberoſa carnoſave forma radicis compreſſa, & melius a multitudine fibrarum nodoſarum ad ſimilitudinem flagelli, [2] unde ἀστραγαλωτῆτις μάστιξ a Polluce dicitur. Huius radix colore foris eſt fuſco [3],intus pallido, multas nodoſas fibras, duras, longas, implicatas habens, in quorum medio, finibus, & extremo inveniuntur veluti bulbuli concreſcentes, quibus radix ſe propagat. Inveniuntur etiam aliquando [Maii menſis fine inveni] quædam carnoſa, craſſa, purpuraſcentia, ſuccoſa, dura, lævia, ut ὑπαστράγαλοι, dici poſſent, nihil aliud repræſentare videntur: attamen non ſe explicant, ſed ita abundant ſuperflue. Caules tres, quatuorve emittit tenues, quadratos Ciceri ſimiles, parum a terra ſe attollentes, inque ipſam inclinatos, ex quibus per intervalla, ut in Cicere poſita ſunt folia pedicellis hærentia, primo bina, deinde quaterna, bina ex oppoſito, poſtea quina, poſtremo terna ex oppoſito intercurſantia, forma ad Ruſci folia accedentia, maiora vero, duplo longiora, teneriora, & lævia ad novella Hederæ folia accedentia: pedicelli autem quibus inſunt, in imo ubi cauli hærent, ſinguli auriculas habent, ut in Cicere & ſimilibus leguminoſis viſitur: auriculas bina illa foliola pedicello, & caulis geniculo hærentia intelligo: in ſummo vero veluti aculeum, ſed mollem. Inter foliorum vero petiolos, & caulem, viticulæ exeunt dodrantem longæ in terram nutantes, ex quorum medio ad ſummum uſque viginti fere inſunt flores, primum coacervati, deinde Viciæ modo diſpoſiti, forma & colore eidem ſimiles: ſunt enim purpurei exterius, in medio cærulei, interius vero lutei, colore vario ornati, qui-
61 bus hiantibus, ex illorum vaſculis exeunt ſiliquæ tenues quatuor digitos longæ, primum virides, ſiccatæ vero rufeſcentes, ut etiam ſemen, in terram devexæ, ſeminibus refertæ, forma ut dixi ἀστραγαλοειδῆ: floret Maio, [4] & Iunio Menſe perficitur. [5] In montibus, vallibus, locis umbroſis, & Sole illuſtratis ventoſis oritur, hic ubique. Radix dura

(1) *Nomen & Etymon.*
(2) *Lib.* 10.
(3) *Forma.*
(4) *Tempus.*
(5) *Locus.*

ra eſt, difficileque tundi vel rumpi poteſt etiam ſiccata: ſapore adſtringente, guſtu vero fatuo, odore terreo veluti fungi. Hæc planta præ cæteris Dioſcoridis delineationi reſpondere videtur, qui ait. [1] Ἀστράγαλος θαμνίσκος ἐστὶ μικρὸς ἐπὶ γῆς, φύλλοις καὶ κλωνίοις ὅμοιος ἐρεβίνθῳ. ἄνθη πορφυρᾶ, μικρά· ῥίζα δὲ ὕπεστι στρογγύλη ὥσπερ βάλανος εὐμεγέθης, παραφυάδας ἔχουσα στερεὰς, μελαίνας, σκληροτέρας ὡς κέρατα ἀντιπεπλεγμένας ἀλλήλαις, γευσαμένῳ στυπτικὰς. φύεται ἐν ἐνανέμοις καὶ συσκίοις καὶ χιονιζομένοις τόποις. [2] *Aſtragalus parvus frutex eſt a terra, foliis, & ramis Ciceri ſimilis: flores purpurei ſunt parvi. Radix autem ſubeſt rotunda, ut balanus prægrandis, adnata habens ſolida, nigra, dura, veluti cornua inter ſe implicata, guſtu adſtringentia. Naſcitur in locis vento expoſitis, umbroſis, & nivoſis.* [3] Plinius vero aliter habet. *Aſtragalus folia habet longa, inciſuris multis, obliqua circa radices; caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem Hyacinthi: radices villoſas implicatas, rubras, præduras.* Eandem plantam videtur deſcripſiſſe; differentia eſt, quia folia habere dicit *inciſuris multis*, quod Dioſcorides non tacuiſſet, & ſicut dixit: Ἀστράγαλος ὅμοιος ἐρεβίνθῳ φύλλοις, καὶ κλωνίοις, dixiſſet, ut in aliis ſolet, cum foliorum formam & ſimilitudinem delineare vult, hoc modo: Ἀστράγαλος φύλλα ἔχει ὅμοια, καὶ κλωνία ἐρεβίνθῳ: ſed quia plantæ habitum ſimilem Ciceri fecit, non folia Ciceri ſimilia, iccirco ita deſcripſit: nam foliorum poſitum, non formam imitari debet. Quare cenſeo vel Plinium ipſum, vel a quo tranſcripſit, vel aliquem, qui Plinii textum recognovit, Dioſcoridis textui ſimilem reddere volentem, verba illa, *inciſuris multis*, addidiſſe, putantem ſimilitudinem eſſe in inciſuris foliorum Ciceris. Quæ verba abundare puto, & Hiſtoriam Aſtragali in Plinio ita legi debere: *Aſtragalus folia habet longa, obliqua circa radices; caules tres, aut quatuor foliorum plenos, florem Hyacinthi* [4], colore intellige, ſicuti idem de Eryngii flore, & Dioſcorides, in capite de Antirrhino, Ariſtolochia, Cnico & ſimilibus: *radices villoſas, implicatas, rubras, præduras*. Et ſic planta a me propoſita utrique delineationi reſponde-
re videtur non ſolum forma, ſed etiam viribus [5]: radices quidem ha- 62
bet ſtipticas, ut etiam Galenus vult, qui ait: [6] *Aſtragalus frutex eſt parvus radices habens adſtrictorias: quamobrem etiam ex numero eſt non inſtrenuè exiccantium. Nam ulcera vetera glutinat, & alvum fluxu tentatam ſiſtit, ſi quis in vino decoctam radicem bibat. Plurimus huius fruticis proventus eſt in Pheneo Arcadiæ.* Dioſcorides vero inquit, *Siſtit radix in vino pota fluentem alvum. Vrinas eadem pellit. Facit ad vetuſta ul-*

(1) *Deſcriptio.*
(2) *Lib.* 4.
(3) *Lib.* 26. *cap.* 8.
(4) *Lib.* 22. *c.* 9.
(5) *Vires.*
(6) *Lib.* 8. *de ſimpl. med. fac.*

ulcera ſicca inſperſa: & ſanguinem ſiſtit. Tunditur autem difficile propter ipſius duritiem. Plinius vero. [1] *Vis ei ad ſpiſſanda corpora. Alvum ſiſtit radix in vino pota, quo fit ut moveat urinam repercuſſo liquore, ſicut pleraque quæ alvum ſiſtunt. Sanat & dyſentericos in vino rubro tuſa. Difficilè autem tunditur. Eadem gingivarum ſuppurationi utiliſſima eſt fotu. Colligitur exitu Autumni, cum folia amiſerit. Siccatur in umbra.* Non ſunt igitur Aſtragalus quæ ab aliis depinguntur, cum vel forma radicum, foliorumve poſitu ab hiſtoria abſint. Quæ enim radice Rhaphano ſimiles depinguntur, etſi in aliis reſponderent, adhuc radice, principali nota differunt. Quæ vero poſtremo radice balanos imitante deſcribitur, foliorum poſitu a Cicere longe diſtat, bina enim tantum habet, atque capreolos ſingulis petiolis, atque radices non ſunt villoſæ ſed tantum Cyperi modo inter ſe cohærent, de viribus non loquor. Quare ſi quæ alia, a me propoſita reſpondere videtur in omnibus; etſi etiam aliqui dicant, non habere radicem Rhaphani, quibus reſpondeo, ῥίζαν ῥαφάνου, non ϛρογγύλην, ſed μακρὰν eſſe, etſi nobis nota ſit ſpecies Rhaphani orbiculati, cuius ſemina a Ferdinando Imperato habuimus. Copioſam deinde Cirinolae in Hortis nomine *Rhaphanelli* colunt Olitores, quam ſpeciem Romani, ut Plinius refert, Syriacum appellabant, Rapi figura ſuaviſſimum, ac tenerrimum, hiemiſque patientem: quod ſi etiam ita velint, nihil remanebit contrarium. Sed certe potius legendum cenſeo, ut Pena & Lobellius animadverterunt, βάλανος, quam ῥάφανος, nam in aliis nomenclaturis Ficus terræ, & Glandula inter alias denominatur: Hanc montanam Galegam appellare videtur Plantarum Auctor, ſed minus recte eſt depicta.

IANI PLANCI ADNOTATIO XII.

HAnc quam Aſtragalum Fabius appellat Herbam Cluſius Orobum Pannonicum appellavit; verum quum Neapoli eam viderit primum Fabius, deinde Cirinolae in Apulia, & nos & Bononiae, & Arimini, & Senis paſſim eam viderimus, ut & in aliis locis permultis eam viderunt & alii. Heinc apparet quam malae ſint Herbarum a Locis appellationes, quod & acute notavit Tournefortius in Inſtitutionibus ſuis, quamquam & ipſe in denominandis Herbis hoc vitio non omnino caruerit. Si Pannonicus eſt Cluſio hic Orobus, quod in Pannonia ab ipſo ſit repertus; Cur Italicus mihi, & Germanicus, vel Gallicus alteri non erit, quod in iſtis quoque Regionibus a nobis fuerit repertus?

RA-

(1) *Lib. 26. c. 8.*

RADIX IDÆA DIOSCORIDIS. 63

EADEM QVÆ HYPOGLOSSON, LAVRVS ALEXANDRINA, LAVROTAXA, ET CHAMÆDAPHNE. TAB. XVI.

Ruſcus Anguſtifolius, fructu folio innaſcente. Tournef. 79.

RAdix Idæa, quia plurima in Ida monte naſceretur [1], vel quia ibi efficacior, primumve cognita, ita a loco denominata eſt. Plinius eandem, *Idæam herbam*, appellavit: [2] alter a tota ſubſtantia plantæ, primus vero a partis in re medica uſu. *Ἰδαία ῥίζα ὀξυμυρσίνῃ τὰ φύλλα ἔοικε, παρ' αὐτὰ δὲ ὡς ἕλικες μικραὶ πεφύκασιν, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἄνθος. Idæa radix, Ruſco ſimilis eſt foliis, in ipſis veluti capreoli parvi enaſcuntur, ex quibus & flos*, ita Dioſcorides ſcripſit. [4] Quæ ita Plinius tranſcripſit. [5] *Idææ herbæ folia ſunt, quæ Oxymyrſines: adhærent his veluti pampini in quibus flos.* Cuius plantæ natales, & delineationem cum ſæpe mente revolviſſem, difficile contingere poſſe, ut ante oculos planta Ruſco congener, vel ſimilis, mihi ſe ſe offerret, opinatus ſum: præſertim cum & tot viri indefeſſi innumerabilem fere plantarum numerum exhibuiſſent, non ſolum noſtro cœlo orientium, ſed & ab extremis orbis oris advectarum: in quibus nullam reperi, quæ Ruſco eſſet affinis, præter hanc quam depictam exhibeo. Quæ cum natalibus, forma, & viribus quadrare videatur, hoc nomine Idææ radicis inſigniri eam debere iudicavi. [6] Radicem quidem habet Ruſco ſimilem; maiorem vero: a qua plures turiones Aſparagi, vel Ruſci modo exeunt, cibo apti, qui poſtea in virgas diſtenduntur cubitales fere, vel cultu maiores, læves, virides, flexibiles, a medio ad ſummum uſque folia habentes forma acutæ Myrto, Ruſco ſcilicet ſimilia, [nulla quidem alia eſt Myrtus ſylveſtris apud Dioſcoridem, atque Plinium, præter hanc *μυρσίνην ἀγρίαν*, & *ὀξυμυρσίνην*, a Romanis eandem Ruſcum dictam, ut idem Dioſcorides ait [7] & Plinius etiam teſtatur a Caſtore, Oxymyrſinem Ruſcum appellari, inter quos nominis tantum varietas eſt, etſi Plantarum hiſtoriæ Auctor aliter ſomniet,] maiora vero & forma parum anguſtiore, ad Novella Ruſci fo-

(1) *Nomen, & Etymon.*
(2) *Lib. 27. c. 2.*
(3) *Deſcriptio.*
(4) *Lib. 4.*
(5) *Lib. 27. c. 11.*
(6) *Forma.*
(7) *Lib. 23. c. 11.*

65 folia accedentia, viridiora, & molliora, nec ita pungentia, etſi acuta ſint; alternatim virgas circumdant, ſed quæ proximiora ſunt terræ, Rubiæ modo terna circum virgas hærent. In ipſis foliis viticulæ parvæ, ſeu petioli, [quos ἕλικες appellari alias docui, ab [1] Auctore plantarum perperam γλωττίδες putati, verborum proprietatem ſuæ opinionis improprietate extorquente, ut planta ab ipſo depicta Hypogloſſon videri potuiſſet, ut infra dicam) enaſcuntur tenues, breves, ſed Ruſco longiores, in quorum extremo Vere, vel Autumno etiam flos exit herbaceus, ſtellatus, ſex foliolis conſtructus, medium habens purpureum, non diſſimile Ruſci flori: fructum edere minime vidi, ſicuti & amici multi, qui plantam viginti annis coluere, nec umquam niſi florem edere animadverterunt. Quod ſolo, & cœlo imputandum eſt, alibi enim fructus perficere rubros Ciceris magnitudine, ut Ruſcus aſſeritur. Quare non mirum ſi florem tantum huius deſcriptionis Auctor edere tradidit, nam & forſan nec idem vidit, nec deſcripſit, ut in Dictamno, & Nardo montano, & ſimilibus quotannis fructus cum flore edentibus, obſervatur. Idem dicendum de ligula e folio exeunte, quam etiam alios non obſervaſſe demonſtrabo: quilibet etiam notam, quam magis illi propriam iudicavit, hiſtoriæ mandavit. Iccirco evenit, ut planta a diverſis ſcriptoribus delineata, diverſis notis, nominibus, ſicuti & viribus compræhenſa conſpiciatur, & tamen eadem deſcribi certo conſtat. Cognita igitur plantæ forma, vires ſunt deni- que conferendæ: & certe guſtu acerbam eſſe, atque ſubamaram percipitur, non ſine calefaciendi facultate: quibus mixtam qualitatem, ac vim habere conſpicitur. Recentiorum experimento conſtat. [2] *Vuularum, gutturis, tonſillarumque tumores, ac earundem ulcerationes, huius plantæ gargarizatu ſanari*. Marcellus ſcribit, *in Italia plantam hanc puerorum collo ſuſpendi ad uvam reprimendam, quo ad uvam prolapſam contrahendam uſu, Vuulariæ nomen vulgo eſt adepta*. Matthiolus, & ſequentes ſcribunt, *Puerorum hernias prolapſas contrahi experimento conſtare, ſi pulvis radicis huius cochlearis menſura cum maioris Symphyti decocto hauriatur, & faſcia hernia conſtringatur primis diebus, ne rurſus foras inteſtina prorumpant*. Ex quibus magnam conſtringendi, atque ſiccandi habere facultatem, ſicuti Dioſcorides habere ait, conſtat. *Huius radix*
66 *vehementer adſtringit, conveniens in his, quibus adſtrictione opus eſt. Bibitur etiam ad alvi fluxiones, & fluxum muliebrem, omnemque ſanguinis eruptionem ſiſtit*. Plinius vero habet. [3] *Ipſa alvum, menſeſque, & omnem abundantiam ſanguinis ſiſtit, ſpiſſandi, cohibendique natura*. In quibus, *menſes*, pro *mulierum fluxu* tranſcripſit, ἔμμηνα, pro

(1) *In deſcription. Iſopyri*.
(2) *Vires*.
(3) *Lib. 27. c. 2.*

pro ῥοῦν γυναικεῖον ; [1] Galenus fic, *Idæa radix guſtu admodum acerba eſt ; ac ſi opere periculum facias, eandem vim præferet, nimirum ſanguinis profluvia, alvi fluxus, dyſenterias, profluvium mulierum, & quæcunque eis ſunt generis, tum pota, tum foris impoſita curans.* His verbis videtur Galenus ſicut & in aliis multis, Idæam radicem non cognoviſſe ; cum taceat vim calefaciendi, & frigefaciendi, quarum aliqua præditam eſſe hanc plantam neceſſe eſt ; nec quo ordine, ſive exceſſu, ſcribat, ut in aliis ſolet, calefaciat, refrigeret, & an moderata ſit, vel contrariis conſtet facultatibus. Sed quæ a Dioſcoride dicuntur, tranſcribat verbis generis. Hanc noſtrates vulgo etiam *Bislinguam* appellant, a ligulis foliis hærentibus nomine ſumpto: quam eamdem veteres, Dioſcorides, & qui ſequuti ſunt ipſum, Galenus, & Plinius, *Hypogloſſum* etiam appellarunt, quia ut Galenus[2] ait, *ita nominatum eſt, quia propagines parvarum linguarum ſub ſummis corymbis producit.* Pro qua Plantarum hiſtoriæ Auctor, non hanc Bislinguam, & Vuulariam, ſed Polygonati, ſive *Sigilli Salomonis* vulgo dicti, plantam congenerem depinxit a Carolo Cluſio primum delineatam : atque in ea eſt opinione, ut Hypogloſſum ab Hippogloſſo differat, atque plantam illam verum eſſe Hypogloſſam affirmat: inque doctiores inſurgens, male illos Hypogloſſi, & Hippogloſſi etymon intelligere aſſerit. Atque talem ſubſtinens ſententiam, potius Dioſc. textum in maioribus emendare voluit, ſenſus, verbaque convertens, quam Plinii, vel Dioſcoridis textus unius, duarumve literarum immutatione corruptos dicere, vel potius veriuſque Dioſcoridis Hippogloſſum a Plinio Hypogloſſum appellatum. Nulla quidem alia inter illorum hiſtorias eſt differentia ; nihilque ad plantæ cognitionem facit, ut ἵππο, vel ὑπὸ, dicatur: cum utrique nomini eadem planta aptari poſſit, eademque erit: ut ſcilicet Hippogloſſum, a foliorum magnitudine, magnam linguam referens dicatur. Hypogloſſum vero a ligulis foliis hærentibus, ὑπὸ, ſcilicet γλώσσης. Neque in re alia nota eſt privata, qua poſſint differre inter ſe, ut ex Plinii textu liquet, ait enim *Hypogloſſa*[3] *folia habet figura ſylveſtris Myrti concava, ſpinoſa, acuta* interpretari poteſt verbum ἀκανθώδη hoc loco, nam idem Plinius de Alexandrina Lauro: quam Hypogloſsum dici refert, *folio acutiore, quam Myrti*, dixit; de his vide quae diximus in Ἐκφάσει prima pag. 165., & 166. *& in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis.* Et Dioſcorides,[4] *& in ſummo* 67
ἐπ' ἄκρε non in ſummo caulis, quem non habet, ſed in ſummo comæ ſcilicet parte ſumma foliorum, quæ eſt ſupina, in qua foliolum, ſive ligula ex quo fructus, *veluti ligulas in foliis*. Cuius rei Galenus etymon

(1) *Lib.* 7. *de ſimp. med. fac.*
(2) *Lib.* 8. *de ſimpl. med. fac,*
(3) *Lib.* 27. *c.* 11.
(4) *Lib.* 4.

mon affert, [1] *Hypogloſſum ita nominatum, quia propagines parvarum linguarum ſub ſummis corymbis producit.* Quibus etſi textus in aliquibus verbis varient, non ideo colligitur diverſas eſſe plantas: ſed ſcimus, alterum ab altero exaraſſe, eandemque plantam omnes deſignare voluiſſe. Et ſi credendum eſt, ut verum eſſe cenſeo, quod ratio demonſtrat, doctiſſimo cuidam medico Germano, qui in Dioſcoridem Emblemata ſcripſit, qui ait ſe textum habere Dioſcoridis vetuſtum, in quo ὑπόγλωσσον legitur, pro ἱππόγλωσσον: atque plantæ convenire nemo dubitat: & quamvis corrupte legatur in aliquibus ἱππόγλωσσον, pro ὑπόγλωσσον, non ideo diverſas plantas, ac deſcriptiones eſſe cenſendum eſt, præſertim cum tam clarum Galeni textum habeamus, in quo ut dixi, huius nominis ὑπόγλωσσον, etymon affert. Immo addo & hanc ſententiam, a qua non diſcedam, donec plantas videro diverſitatem teſtantes, nam quæ ab aliis depinguntur, fictitias eſſe, non dubito; non enim plantarum diligens affertur delineatio, nec locus, nec unde ſint advectæ refertur: præterea non omnes plantarum collectores illas habere icones, & quæ depinguntur ab aliis iconibus exceptæ ſunt: & quod fortius doctiores Scriptores nullam de illis habere rationem video. Quare etiam Hypogloſſum, Laurum Alexandrinam, Laurotaxam, & Chamædaphnen, eandem eſſe plantam cum ſuperiore cenſeo: nec niſi nominum diverſitatem habere, a Scriptoribus diverſis impoſitam, quam Dioſcorides, & qui ſequuti ſunt eum, non animadvertiſſe oſtendam. Foliorum forma, Lauro ſimilis, Lauri nomen plantæ huic indidit, non quod ex Lauri genere eſſet: & ut aliqua oſtenderetur differentia inter hanc, & Laurum, *Alexandrinam & Idæam Laurum*, a loco in quo naſceretur, appellarunt, ſicuti & *Radicem Idæam, vel herbam Idæam*, ut Plinius habet, atque alii quia humilis eſſet, *Chamædaphnen*, alii a fructus forma & colore *Laurotaxam*, ut a Plinio refertur: & quia fructum foliis interceptum habet, ἐπικαρπόφυλλον, & *Carpophyllon*: alii vero quia ligulam e medio folio exire animadverterunt, *Hypogloſſon*, & *Hypoglotton* appellarunt. Hoc demonſtratur, nam quæ Laurus Alexandrina dicitur, ab eodem Dioſcoride, & Plinio Hypoglotton, pro Hypogloſſon Attice: ex quibus ſynonyma eſſe clarè
68 colligitur. Sed & Chamædaphnen Laurum Alexandrinam appellari, idem Dioſcorides teſtatur in cap. de Chamædaphne: atque ita eſſe, non tantum nomina ſynonyma, ſed & plantæ delineatio demonſtrat: ſed inſuper virium poteſtas, ut inferius dicam. Lauri igitur Alexandrinæ deſcriptio, [ut ab antiquiore & veluti fonte, Theophraſto inquam, initium ducam, purius quidem plantas deſcripſiſſe nemo dubitat] hæc eſt. [2] *Illa quoque propria eſſe circa Idam feruntur, Laurus Ale-*

(1) *Lib. 8. de ſimpl. med. fac.* (2) *Lib. 3. c. 17.*

*Alexandrina cognominata , & Ficus quædam , vitiſque . Lauri proprium ,
quod fructum ſuper folia gignit , quemadmodum Myrtus ſylveſtris : quippe
ambæ fructum ſuper dorſum folii ferunt .* Et alibi [1] *Fructiferaque nonnul-
la fructum foliis interceptum gerentia , ut Laurus Alexaudrina , quæ fru-
ctum ſuper folio gignit .* Nota quidem privata plantæ huic videtur, ut
ἐπιφυλλόκαρπος ſit quemadmodum Ruſcus: quibus aliam ſimilem plan-
tam nec Theophraſtus deſcripſit , nec unquam vidiſſe ſcio aliquem.
Quæ nota expreſſa diligenter videtur a Dioſcoride in capite Lauri A-
lexandrinæ, his verbis: καρπὸν ἐν μέσοις , foliis intellige , ἐρυθρὸν ἐρε-
βίνθου τὸ μέγεθος , *fructum in medio foliis , rubrum Ciceris magnitudine,*
& in capite Chamædaphnes: καρπὸν περιφερῆ ἐρυθρόν , τοῖς φύλλοις ἐ-
πιπεφυκότα . *fructum rotundum rubrum , foliis innatum.* Quibus minime
arridens obſervantior ſcriptor, cum Ruſco eſſent communia ; magis
privatam notam , ſicuti nomenclaturam tribuit huic plantæ , & relicta
deſcriptione fructus , foliolum , ligulam ſcilicet his verbis habere tra-
didit: καὶ ἐπ᾽ ἄκρου ὥσπερ γλωσσίδα παρὰ τοῖς φύλλοις . Quæ Plinius
vertit : [2] *Et in his ceu linguas , folio parvo exeunte de foliis .* Et idem de
Laurotaxa loquens, ait : [3] *Excreſcente in medio folia parvulo , veluti la-
cinia folii .* Quam ligulam etſi in Ruſco conſideremus , illam non ligu-
lam folii , ſed veluti folliculum floris eſſe cenſetur : atque ita nulli com-
petere plantæ ligulam hanc adhuc eſt cognitum . Dioſcorides vero , [4]
*Laurus Alexandrina , quam aliqui Idæam , &c. folia habet ſimilia Ruſco ,
maiora vero , molliora , & albidiora ; fructum autem in mediis foliis ru-
brum , magnitudine Ciceris : ramos a terra pedales , vel maiores . Radicem
admodum ſimilem Ruſco , maiorem , bene olentem , atque molliorem . Naſci-
tur in montanis locis .* Ex quo Plinius , [5] *Eſt & Chamædaphne ſylveſtris
frutex , eſt & Alexandrina , quam aliqui Idæam , alii Hypoglotton , alii
Daphnitin , alii Carpophyllon , alii Hypelaten vocant . Ramos ſpargit a ra-
dice dodrantales , topiarii ac coronarii operis , folio acutiore quam Myrti ,
molliore , candidiore , ac maiore , ſemine inter folia rubro . Plurima in Ida* 69
& circa Heracleam Ponti , nec niſi in montoſis . His reſpondere videntur
Chamædaphnes deſcriptiones . Dioſcorides vero ait : [6] *Chamædaphne ,
quam & aliqui Laurum Alexandrinam vocant , virgas producit cubitales ,
rectas , tenues , & læves . Et huius folia ſimilia Lauro , læviora multo &
viridiora : fructum rotundum , rubrum foliis innatum .* Ex quibus Plinius.
[7] *Chamædaphne unico ramulo eſt , cubitali fere , folio tenui Lauri ſimilitu-
dine : ſemen rubens annexum foliis .* Ab his non differunt , quæ de Lau-
ro-

(1) *Lib.* 1. *c.* 16.
(2) *Lib.* 27. *c.* 11.
(3) *Lib.* 15. *c. ult.*
(4) *Lib.* 4.
(5) *Lib.* 15. *c. ult.*
(6) *Lib.* 4.
(7) *Lib.* 24. *c.* 15.

rotaxa, inquitPlinius:[1] *Accedit in topiario opere Taxa, excreſcente in medio, folio parvulo veluti lacinia folii.* Quæ eadem eſt cum eiusdem Hypogloſſo.[2] *Hypogloſſa folia habet ſylveſtris Myrti concava, ſpinoſa, & in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis.* Quam Dioſcorides ita ante deſcripſerat.[3] *Hypogloſſon frutex parvus eſt Ruſco tenui foliis ſimilis: comam vero habet ſpinoſam, & in ſummo veluti ligulas in foliis.* Cuius etymon affert Galenus,[4] *Hypogloſſon inde adeo nuncupata eſt, quod ſummis corymbis velut ligulæ quædam exeunt.* Quibus omnibus delineationibus plantam, quam Hypogloſſon, ſive ut vulgo dicunt *Biſlinguam* reſpondere demonſtrabo. Planta igitur hæc, non ſolum oritur in Ida & Heraclea Ponti, ut ait Plinius, ſed ut refert Lobellius, in montoſis, ſaxoſiſque & aſperis incultis Genuæ, portus Lunæ, Savonæ, Niceæ, aliiſque Alpinis ſterilibus calidorum tractuum: radicem habet Ruſci modo, maiorem, bene olentem, albam, & molliorem, ut Dioſcorides ait in capite Lauri Alexandrinæ: a qua primum teneri ſtolones exeunt Ruſci & Aſparagorum modo, qui edi poſſunt, ut[5] Galenus ait in capite Chamædaphnes, acerbi quidem ſunt, & ſubamari non ingrati, qui poſtea in virgas diſtenduntur pedales, & cubitales, ideoque Chamædaphne dicitur: ſingulares, ſine ramis ideoque Plinius, ait, de Chamædaphne loquens *unico ramulo eſt*, tenues, læves, flexibiles, topiario & coronario operi aptas, ut idem Plinius ait de Lauro Alexandrina & Taxa loquens: in quibus foliis ſunt forma foliorum Ruſci novelli, cuius folia anguſtiora ſunt, ſed huius maiora ſunt, atque forma oblongiore, tam Ruſci, quam Myrti, Laurinis ſimilia: albidiora vero, & molliora ut parvi Ruſci folia, quibus Dioſcorides comparat, quæ molliora & albidiora, lævioraque ſunt Laurinis, ut idem Dioſcorides ait. Virgis hærent folia a medio ad ſummum terna primum, deinde ſingula alter-
70 natim: quarum alia ligulas habent terram verſus, alia in cœlum ſuſpicientia, quarum cauſa, ὑπόγλωσσον dicta fuit: omnia vero acuta ſunt, ſed non ita ſpinoſa ut Ruſci: ex medio & dorſo folii, ut Theophraſtus, Dioſcorides, & Plinius dicunt, ſed etiam ex ligula, ut in Ruſco fere viſitur, flores exeunt Ruſci modo, quibus fructus ſuccedunt rotundi, rubri, magnitudine Ciceris, Ruſco ſimiles, ut omnes aiunt, ſinguli, vel bini, ſingulis foliis, petiolos habentes tenues, atque breves, ſed ſingulorum fructuum intellige: qui vero bini ſimul viſuntur fructus, horum ſinguli longiorem habent petiolum. Vere floret, fructus adhuc edere non vidi, ſero fructus edit: ſed illos habere dixi aliorum ſcriptorum ſententia, qui videre potuerunt. His igitur ſic cognitis, & de-

(1) *Lib.* 15. *c. ult.*
(2) *Lib.* 27. *c.* 11.
(3) *Lib.* 4.
(4) *Lib.* 8. *de ſimpl. med. fac.*
(5) *Lib.* 6. *de ſimpl. med. fac.*

deſcriptiones omnes ſibi ipſis, & plantam illis omnibus reſpondere oſtendi, quare formæ facta collatione, virium poteſtatem demonſtrandam ſuſcipio, ut ſcilicet mixtam habeat facultatem, atque præter ſiccandi & adſtringendi facultatem, calida ſit, acris amara ut guſtu percipitur, quare digerere, incidere, diſcutere, aperire, & mollire poterit. Galenus vero ait, [1] *Daphnes herbæ, quam, & Daphnen Alexandrinam appellitant, temperatura evidenter eſt calida, & guſtantibus acris ſimul eſt, & ſubamara, potaque tum urinas, tum menſes prolicit*. Et porro [2] *Chamædaphnæ germina tenera edi quoque aſſolent. Eſt autem perſimilis viribus Daphnæ Alexandrinæ &c.* De Hypogloſſo vero: *Cæterum radix & ſuccus fruticis emolliendi vim poſſident*, ſicuti Dioſcorides etiam ait: effectus vero harum facultatum eosdem eſſe illos conferendo demonſtrabo. Lauri Alexandrinæ hæ ſunt vires apud Dioſcoridem. *Vim habet radix pota ſex drachmarum pondere cum vino dulci, auxiliandi difficulter parientibus, & urinæ ſtillicidio. Ducit etiam ſanguinem*. Quæ ita Plinius. [3] *Laurus Alexandrina ſive Idæa partus celeres facit radice pota trium denariorum pondere in vini dulcis cyathis tribus: ſecundas pellit, menſeſque eodem modo pota*. Quibus ſimilia de Chamædaphne idem tradit: [4] *Menſes ſuccus eius, & urinam ciet potus partuſque difficiles in lana appoſitus*: quæ Dioſcorides: *Succus cum vino potus, menſes & urinas ducit. Idem facit & in peſſo appoſitus* Item [5] *Huius folia trita, emplaſtri modo impoſita capitis doloribus, & ſtomachi ardoribus auxiliantur*. Quæ Plinius: *Illinitur capitis doloribus recens, ardores refrigerat*. Quibus Hypogloſſæ vires reſpondent, *Videtur*, inquit Dioſcorides, *corona amuletum eſſe utile caput dolentibus*. Quæ Plinius: [6] *capitis dolorem corona ex his impoſita minuit, Præterea ad tormina cum vino bibitur*, & 71
Dioſcorides, *Eadem pota cum vino tormina ſedant*. His reſpondentes vires a recentioribus cognitæ ſunt. *Bislingua epota difficulter parientes adiuvat, menſes ciet, calculos pellit*, Item Cordus ait, *radicem ſiccam etiam bubones in peſte maturare certiſſimis vulgi experimentis*. Item *Folia, radixque uvæ, gutturis ac tonſillarum tumores, ac earundem ulcerationes gargarizatu ſanant*. Scribit Marcellus: *in Italia plantam iſtam puerorum collo appendi ad uvam reprimendam, quo ad uvam prolapſam contrahendam uſu, Vuulariæ nomen eſt adepta*, ac etiam hernias contrahere protuberantes pulverem cum decocto Symphyti hauſtum Matthiolus ſcribit. Quibus non minus Hypogloſſi, quam Lauri Alexandrinæ & Chamædaphnes dictæ, vires referre cognitum eſt, mixtam namque facultatem habere perſpicitur effectu, atque guſtu, folia quidem acer-

H ba

(1) *Lib. 6. de ſimpl. med. fac.*
(2) *Ibidem*.
(3) *Lib. 23. c. 8.*
(4) *Lib. 24. c. 15.*
(5) *Lib 24. c. 15.*
(6) *Lib. 27. c. 11.*

ba multo esse, sicuti & radix, atque acrimonia participare. Quare mea sententia videtur non sine ratione adducta. Valerius Cordus vir doctissimus animadvertit etiam, atque in ea est opinione, ut Hypoglossum & Laurus Alexandrina eadem planta sit, quam etsi plantarum Auctor reiicere conatus sit, non tamen suum consequutus est finem. Non est radix Idæa, quæ ab aliis ponitur, nullam enim habet cum Rusco affinitatem. Non est Laurus Alexandrina quæ ab aliis præter Fuchsium depingitur: nam vel fictitia, vel non respondens est, nec Chamædaphne, cum non habeat fructum foliis innatum, ἐπιπεφυκότα scilicet, ut Dioscorides ait.

IANI PLANCI ADNOTATIO XIII.

SI superiori adnotatione vitio laborare diximus denominationes Herbarum a Locis, duplici laborabit vitio huius Plantae denominatio; nam & Radix Idaea Dioscoridi, & Laurus Alexandrina Columnae dicitur. Si sola haec Radix, & in solo Ida Monte nascere-tur. Item si sola haec Laurus, & sola Alexandria proveniret satis bene alterutrum nomen ei conveniret; verum quum alterutrum fieri non possit ut ipsi conveniat, heinc fit, ut neutrum aptum ipsi videatur. Verum errores in denominationibus ferendi, utpote parvi momenti; Non enim longo usu recepta nomina facile est cui vis immutare. Sed non ferendus gravis ille error Matthioli, qui ut primus videretur, qui hanc Plantam post Veteres describeret, & ostenderet, quamdam sibi finxit, & more suo pro genuina Alexandriae Lauro venditavit, ut Fabius noster acute animadvertit in prima ἐκφράσεως suae Parte, qui iterum eamdem hanc Plantam ibi describit, & depingit, sed ibi distinguit bene Laurum Alexandrinam, seu Chamaedaphnem a Radice Idaea, ut ipsi verum sit vulgatum adagium δευτέραι φροντίδες κρείττω. Verum longe melius Tournefortius, qui utramque ad Ruscos ablegavit, & latifolium unum, angustifolium alterum sapienter nominavit, ut in praesentis titulo innuimus.

SI-

SIDERITIS TERTIA DIOSCORIDIS TAB. XVI.

Sanicula Officinarum C. B. P. 319.

SIderitis, & hæc ideo dicta fuit [1], quoniam, ut Dioſcorides ait [2],
ταύτης, δύναμις ἐπιτιθεμένης, κολλητικὴ ἐναίμων, καὶ νεοτρώτων:
ferruminandi ſcilicet vim habet recentia, & cruenta vulnera,
ferro facta, quod σίδηρος, dicitur, indeque σιδηρῖτις dicta. Planta
hæc radicem habet fibroſam, nigram foris, intus albeſcentem [3], ex
qua multa folia, decem, plus, minuſve exeunt rotundo ambitu,
(ſed quinque partita, veluti Geranii columbini dicti, profundiori-
bus laciniis. Coriandri folia, antequam caulem edat, ſatis forma, &
lævore referentia, duriora vero, atque maiora duplo, quandoque 73
magis circumſerrata: ſuperne atrovirentia, inferne vero ex viridi
albeſcentia, politioraque) ex ſingulis petiolis tenuibus dodrantem al-
tis, vel minus, ex viridi albeſcentibus in ſummo; contra vero rube-
ſcentibus, e radice ſimul prodeuntibus, a qua etiam, & ex medio
foliorum plures caules, aliquando unicus, præſertim ex novella plan-
ta, exit admodum Sideritidis ſecundæ, Pimpinellæ nobis vulgo di-
ctæ, cauli ſimilis, levis, rotundus, ſtriatus, eodem colore purpura-
ſcente, quandoque parum folia ſuperans, cultu vero, & locis pin-
guioribus bipedalis; unica, vel duobus alis diviſus, ex foliis, quæ
cauli hærent, exeuntibus: in quorum ſummo, & caulis veluti corym-
bi, quatuor exeunt pedicelli, unicus in medio exiſtens brevior: re-
liqui tres triangulum effigiant: ſinguli tres florum corymbos habentes:
medius vero unicum, & maiorem. Flores parvi admodum ſunt, at-
que antequam pandantur villi, purpuraſcentes, poſtea vero albeſcen-
tes, multis purpureis ſtaminibus duriuſculis, tactu etiam aſperis or-
nati: ex quorum mixtione puniceus color oculis redditur. Guſtu
ſunt ex dulci, amari, aſtringentes; non diſſimiles Sideritidi ſecundæ
Dioſcoridis. Hi vero amplius quid aromatis continere palato perci-
piuntur. Aprili & Maio menſe floret [4]: Iulio perficitur ſemen aſpe-
rum, atque hirſutum. Frequens hic eſt ſecus vallium, colliumque
vias umbroſas ſupra tophos muſcoſos, & parum terræ habentes o-
riens [5]. Hæc ſatis videtur mea ſententia Dioſcoridis delineationi re-
ſpondere, qui ait [6]. Ἔτι καὶ ἑτέρα εἶναι λέγεται σιδηρῖτις, ἣν καὶ αὐτὴν
Κρατεύας ἡράκλειαν καλεῖ, φυομένην ἐν τοίχοις, καὶ ἀμπελῶσιν, ἔχουσα

 φυ-

(1) *Nomin & Etymon.*
(2) *Lib.* 4.
(3) *Forma.*
(4) *Tempus.*
(5) *Locus.*
(6) *Lib.* 4.

φύλλα πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ὅμοια κοριάνῳ περὶ καυλίοις σπιθαμιαίοις, λείοις, ὑπερυθροῖς, ὑπολεύκοις, ἐνερευθέσι, ἄνθη δὲ φοινικᾶ μικρὰ γευομένῳ πικρὰ, γλίσχρα.[1] *Præterea aliam Sideritidem eſſe tradunt, quam Cratevas heracleam vocat, in muris & vinetis naſcentem, foliis ab una radice multis, Coriandro ſimilibus, circa caules pedales, teneros, læves, ſubcandidos, atque rubicundos: flore puniceo, parvo: guſtanti amaro, & glutinoſo.* Quæ cum forma, & ſapore ſimilis videatur, viribus etiam reſpondere cenſeo. Sed certe huius vires non ſolum Sideritidi pares, ſed etiam maiores eſſe, illis a Dioſcoride idem tributis, recentiorum experimento conſtat, unde apud Gallos vulgatum eſt Adagium de plantæ huius viribus, aiunt enim. *Qui Saniculam habent*, (ſic eamdem appellant) *Chirurgo non egent*. Dioſcorides has vires Sideritidi
74 tertiæ tribuit[2], *Et huius impoſitæ vis eſt, ut cruenta, & recentia vulnera glutinet*. Lobellius vero, *Internis & externis ulceribus, ſanguinis eruptionibus, dyſenteriis, ruptis, vulſiſque auxiliatur decocta, pota, atque impoſita*. Quare nomen illi antiquius reddendum duxi, cum forma ſatis, atque viribus tertiam Dioſcoridis Sideritidem præ aliis referat, eademque iudicanda ſit. Non eſt Sideritis tertia Robertianum Geranium, & ſi ad vulnera ab eodem ſit commendatum, in foliis enim caule, totaque planta hirſutie obducta eſt ſemper, contra Dioſcoridis ſententiam, qui ait, καυλίοις σπιθαμιαίοις, λείοις, ὑπερυθροῖς, &c. Præterea nullam Dioſcorides plantam Coriandri foliis hirſutam deſcribere vidi, non addita hirſutiei differentia: item Geranii folia multum ſunt inciſa, propius Anemonæ, quam Coriandro ſimilia, quamvis Anemone ſit Coriandri foliis, ſed Dioſcorides hoc animadvertit, dicens: φύλλα δὲ κοριοειδῆ λεπτοσχιδέστερα, &c. ut etiam in aliis, atque hic dixiſſet, cum profundis laciniis ſint admodum diviſa, & Geranio bulboſo primo Dioſcoridis ſimilia: quod Anemones folia habere tradit, non Coriandri: primo quidem Anemones deſcriptionem tradiderat, foliis multum inciſis, ut ſupra dixi. Nec etiam flores Geranii ſunt amari, nec glutinoſi, neque in illis quicquam ſimile ſapore & guſtu ineſſe percipitur, ut multis oſtendi. Præterea roſtrum Gruinum habet, quod Dioſcorides ſicut in ſecundo Geranio, ita & hic deſcripſiſſet; qua nota facilius nobis demonſtraſſet, cum illi ſit privata nota, & congeneribus. Non poſſumus plantam a Matthiolo depictam recipere, cum adhuc nec aliquis niſi depictam illam viderit, Ranunculi faciem habentem: omneſque cenſent, ex plantis commentitiis ad eum miſſis ab adulatoribus, illuſoribuſque amicis eſſe, quas nec ipſe fidelis addiſcens videre, atque conſiderare quæſivit.

IA-

(1) *Deſcriptio*. (2) *Vires*.

IANI PLANCI ADNOTATIO XIV.

DVabus ſuperioribus Adnotationibus minus bonas vidimus herbarum denominationes a Locis, hic eodem vitio laborare dicimus nomina herbarum a viribus. Si enim a ferruminandis vulneribus ferro inflictis denominanda eſt aliqua herba, haec non una, neque duplex, triplexve erit Herba, ſed innumerae hoc nomine appellabuntur. Natura enim pluribus Herbis ut hominum generi conſuleret ferruminandi vulnera, ſanandique vim indidit. Quare Dioſcorides tria Sideritidis genera poſuit, ſed multo plura ponere potuiſſet, ſi ad hanc vim conſolidandi vulnera attendere voluiſſet. Verum ipſi ignoſcendum ſi accurate & diſtincte treis illas herbas, & non tantum per aſſimilationem, & per vireis deſcripſiſſet; Quo factum eſt, ut fit plerumque in herbis ſuis, ut diffideant inter ſe Rei Herbariae Scriptores, & herbas mirum in modum diverſas pro ſuis adducant. Sic pro prima ſua Sideritide Marrubii Aquatici genus adduxit Matthiolus, alii aliam. Pro ſecunda Vrticae genus adduxit Matthiolus, & Fabius noſter in prima Ecphraſi adduxit Pimpinellam, Herbas mirum quantum inter ſe diſtanteis. Pro Tertia Matthiolus, ne haeſitaret herbam ſuo more finxit, cui inferne folia Tanaceti adpoſuit, & ſuperne cauleis, fructuſque ignotos. Fabius noſter pro Tertia Dioſcoridis Sideritide Saniculam affert a ſanando dictam Herbam, & Diapenſiam nonnullis, Vmbelliferam quidem, & in ſylvis plerumque degentem. Quartam denique Sideritidem, ut abundaret attulit Matthiolus, ſed eodem penu ac tertia, & aliae quam plurimae.

TRAGIVM ALTERVM DIOSCORIDIS TAB. XVII. 75

Tragoſelinum minus. Tournef. 309.

TRagii nomen adepta eſt planta hæc, eo quod, ut idem Dioſcorides ait,[1] προβάλλει κατὰ τὸ φθινόπωρον τὰ φύλλα τράγου ὀσμὴν, ὅθεν καὶ ὠνόμασται τράγιον *Emittunt Autumno foliæ hirci odorem, unde & appellatum eſt Tragium*. Differt a primo Tragio, nam illud non hirci virus olet, ſed ita dictum fuit, quia Capræ ſagittis confoſſæ, illius pabulo ſpicula e vulnere excutiunt, notamque privatam habet, ut lacteum ſuccum gummi non diſſimilem habeat, & quod in Creta tantum oria-

(1) *Lib. 4.*

oriatur. Sed Theophraſtus de eodem loquens, alterum vero non cognovit, hæc ait. [1] *Habet vero lacrymam & Ixia, quæ in Creta naſcitur, & Tragacantha dicta. Hæc antea naſci tantum in Creta putabatur, nunc vero in Achaia etiam, Peloponneſi, aliiſque locis, & Aſiæ circa Mediam comperiri certum eſt*, & alibi [2], *Tragacantha large in Arcadia naſcitur, nec deterior Cretica exiſtimatur, ſed etiam viſu pulchrior*, & alibi [3], *Ergo quibusdam ſponte ſuccus conſiſtit, ſpiſſaturque lacrymæ modo, ut in Tragacantha appellata: hanc enim cedere opus nequaquam eſt*. Ex quibus ſuſpicio eſt eandem plantam eſſe Tragium & Tragacantham, quam Gaza, Hirciſpinam vertit de qua alias. Huic vero Plantæ notæ ſunt inquit Dioſcorides: [4] Τράγιον ἄλλο τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σκολοπενδρίῳ, ῥίζαν δὲ λεπτὴν, λευκὴν, παραπλησίαν ῥαφάνῳ ἀγρίᾳ. *Tragium alterum folia habet ſimilia Scolopendrio, radicem tenuem, albam, perſimilem Rhaphano ſylveſtri*. Cui deſcriptioni plantam a me propoſitam reſpondere demonſtrabo: quæ Radicem habet Rhaphano ſylveſtri ſimilem [6] vel Paſtinacæ erraticæ, pede longam, minimum digitum craſſitie æquantem, albam, raris fibris diviſam: folia emittit petiolis ex adverſo hærentia quaterna, & in extremo unicum, Sideritidis ſecundæ Dioſcoridis modo, Pimpinellæ vulgo nobis dictæ; (ob cuius ſimilitudinem, & hanc Pimpinellam hircinam vocant) rotundiora, atque magis & profunde diviſa: ſed ſi ſemine feras, primum bina emittit folia ſingulis petiolis hærentia, rotunda Coriandrinis ſimilia, deinde bina ſingulis petiolis, & poſtremo quaterna ſibi ipſis adverſantia, in quorum
77 extremo unicum ineſt. Caules emittit tenues admodum, pedem & ſeſquipedem altos, binis, terniſve geniculis interceptos, ex quibus folia admodum tenuia exeunt: in ſummo vero eorum umbellæ inſunt floribus refertæ albis, quibus ſuccedunt ſemina oblonga ſimilia Aniſo, ſed minora multum; colore ad viridem tendentia, atque hirſuta. [7] Floret Aeſtate, Autumni initio ſemina perfecta inveniuntur. [8] Oritur in montibus, ſaxis, & locis terrenis: in monte Divæ Mariæ Virginis appellato excelſo & frigido frequens. Folia confricata virus olent hirci, ſicut tota planta. Guſtu acri, atque ξαγίζοντι, non ſolum Autumni tempore, ſed ſemper. Quare fieri potuit, ut Dioſcorides, vel is a quo tranſcripſit, plantam hanc Octobris menſe viderit, tunc enim hic ſine umbellis, & caule corrupto invenitur, nova erumpens folia, quo tempore magnam habere cum Scolopendrii foliis ſimilitudinem conſpicitur caule exiſtens vidua: atque ita eo tempore tantum folia naribus admovit,

(1) *Lib.* 9. *c.* 1.
(2) *Lib.* 9. *c.* 15.
(3) *Lib.* 9. *c.* 8.
(4) *Lib.* 4.
(5) *Deſcriptio*.
(6) *Forma*.
(7) *Tempus*.
(8) *Locus*.

vit, atque ignorans, an toto anno eundem remitteret odorem, tempus Autumni tantum, quo ipſe invenit, atque conſideravit, (ut in aliis multis, quæ ſine caule, & ſine flore deſcripſit) poſteris tradidit. Eo enim tempore propter humoris abundantiam folia magis virus olent, ſicuti in planta Androſemo verius putata, Sicilianæ dictæ ſimili, & congenere, obſervatur, cuius folia quæ iam ſiccari incipiunt, non hirci virus, ſed vini odorem remittere videntur. Obſtaret plantæ huic aliquorum ſententia forma foliorum, quam dicunt non eſſe Scolopendrii foliis ſimilem: quam ſententiam ita reiiciendam duxi. Aſplenum folio conſtat Polypodii diviſura, quod eſt Filici ſimile Dioſcoridis ſententia, ſed axioma eſt, quod ea quæ uni dato ſunt ſimilia, ad invicem ſimilia eſſe dicentur: ergo non ſine ratione & ſimilitudine neceſſaria, plantæ huius folia ſunt Aſpleni foliis ſimilia, cum Filici Polypodium ſit ſimile, atque idem Dioſcorides Filici Sideritidem ſecundam, & Trichomanes comparat: quod utrinque folia ex adverſo poſita Lentis ſimilitudine habere ait. In Sideritide ait φύλλα ὅμοια τοῖς τῆς πτέριδος, quia ſola diviſura ſimilia ſunt: In Trichomane, τριχομανὲς, &c. ὅμοιον πτέριδι, quia & foliorum ſubſtantia & diviſura Filici eſt ſimile: ut & δρυοπτερὶς ὅμοια πτέριδι, non φύλλα ὅμοια σκολοπενδρείῳ, ut hic; quod tantum de foliorum diviſura eſt intelligendum, ut de Sideritide ſecunda dixi, quibus foliorum Filicis figuram repræſentat utrinque di- 78 geſtorum: longaque differentia eſt inter habere folia ſimilia Scolopendrio, Scolopendrii ſcilicet foliis, & ſimilem eſſe Scolopendrio; quod ultimum de ſubſtantia & forma totius plantæ intelligitur, ut dixi de Dryopteride, & Trichomane. Obſtare dicunt aliqui quod de Filice fœmina Dioſcorides ſcripſit, φύλλα πτέριδι ὅμοια, & tamen ſubſtantia & foliorum diviſura ſimilis eſt Filici mari: ad quod reſpondere pro me Dioſcoridem dico, & ſic. Filix fœmina quamvis mari ſimilis ſit ſubſtantia & diviſura foliorum: poſitum tamen foliorum valde diſſimilem habet, nam fœmina eſt ramoſa, & non uno petiolo conſtat, ut Filix mas, ſed pluribus alis; ideoque cum plantæ maxime ſimilitudine foliorum & diviſura dignoſcantur, maiori nota, qua facilius dignoſci poterat, deſcripſit: atque folia ſimilia Filici habere ait, cum plantæ habitu differret: ramorum ſcilicet multitudine. Præterea Rhaphano ſimilem radicem, nullam ex Filiceorum genere plantam habere adhuc compertum eſt, ſed obliquam, ut Polypodium; reliquos vero capillares. Nec de floribus eſt dubitandum, ut aliqui dicunt, qui a Dioſcoride tacentur, nam hoc fuit, quia eo tempore caule & floribus viduam plantam conſpexit, quod multis plantis evenit, quorum flores non deſcripſit, & tamen illos habere certo ſcimus: aliquibus penitus abſtulit; illaſque flore carere dixit: atque hic etiam oportebat ut flores ne-

negarentur ſcribere: & hanc flore carere, ſi flores non emitteret. At potius credendum eſt plantam hanc a notiore nota deſcribere voluiſſe ut facilius cognoſci poſſet, a forma & diviſura foliorum, & ab hirci olentia. Quibus ſic cognitis, iam videtur planta a me propoſita dubiis ſoluta Tragii nomen aſſequi debere: cuius vires Dioſcorides ita expreſſit: [1] *Hæc radix* ſcilicet, *ſive cruda, ſive cocta edatur, dyſentericis opitulatur*. Quam vim recentiores, quia ad id non commendatur planta hæc, negant habere: tantum agnoſcunt, ad calculos frangendos aptam eſſe, & urinas eliciendas: atque ob id contrariam potius dyſentericis iudicant. Sed ſi conſideretur plantæ ſubſtantia & qualitas, guſtu percipietur acrimoniam quandam habere cum quadam odoris gravitate, & adſtrictione non carere: qua dyſenteriam prohibere poterit, præſertim ſi viſcerum imbecillitate proveniat, (multæ namque ſunt cauſæ)
79 corroborans iecur, & infirmas partes per urinam evacuans, & ſiccans divertenſque humorem adſtringere fluxionem, ut etiam in Aliſmate evenire cenſeo, quod acrem vim obtinet, atque Dioſcorides ad dyſenteriam facere Dauci pari parte admixta ait: cuius etiam vis eſt acris, atque præſertim urinam movens. Quam facultatem etſi recentiores non ſint experti, Galenus non denegat, atque propter adſtrictionem quam habere plantam ait, poſſe dyſenteriam & ſimiles fluxiones ſiſtere, ait enim de utroque agens: *Tragii folia, fructus, lacrymaque trahentis, & digerentis ſunt facultatis. Eſt vero tenuium partium & facultate in principio tertii ordinis calida. Stipites, & hærentia corporibus extrahit, lapides frangit, menſes movet, drachmæ pondere potum. Porro in Creta ſola naſcitur Tragion lentiſco ſimile. Cæterum alterum Tragium hoc minus, cuius folia Scolopendrio ſunt ſimilia, viſitur quidem multis locis: ſed non parum habet facultatis adſtringentis: ut ad fluxionum affectus conveniat*. Et ſic vi calidæ facultatis poterit incidere, & abſtergere, calculos minuere, & urinas movere; ſiccantis & adſtringentis, Dyſenteriam & alias fluxiones, a contraria cauſa effectas emendare. Quorum exempla non pauca apud Dioſcoridem & Galenum extant, ut eadem calculos frangant & menſes moveant, eademque Dyſenteriam, & Diarrhæam ſiſtant propter adſtringentem facultatem, calidæ vi mixtam. Sed hæc medicis ſunt relinquenda. [2] Eſt & altera planta Tragium appellanda, quæ parum a prædicta facie diſſidet, ſicuti nec viribus. Folia quidem prima ab radice ſuperiori ſimilia in ſingulis petiolis rotunda, lævia Coriandrinis proxima, deinde laciniosa efficiuntur, atque bina ſingulis petiolis conſpiciuntur, tertio quaterna, poſtremo ſena, ſed in omnibus unicum folium eſt in extremo rotundius, atque maius, Pimpinellæ dictæ modo ſed maiora: caulem emittit Fœniculi modo cavum læ-

(1) *Vires*. (2) *varietas*.

lævem, alis divifum fingulis geniculis, craffiorem fuperiore, umbellas & femen non diffimile, quæ Aeftate perficiuntur. Huius femina a Ferdinando Imperato, atque fponte ortam ex infula Capreis advectam habui. Radicem & femina fi guftaveris, acrimoniam, & odorem hirci, ut fuperior habere cognofces: folia vero minime τραγίζοντα obfervabis, nec aliquo tempore. Non eft Tragium alterum Lunaria botrytis dicta, nam non nifi unicum folium habet, fi Scolopendrio fimilis effet, non radicem albam, fed nigram, nec Rhaphani fylveftris magnitudinem æquantem, non efui aptam, nec hircinum odorem remittit, 80
ut Pena etiam animadvertit. Nec planta illa exotica, in appendice Hiftor. Plantar. depicta, quæ & Sucudus Avicennæ dicitur capitulis thymi modo: nullum quidem hirci odorem referunt habere.

IANI PLANCI ADNOTATIO XV.

SI a viribus non bene nominitantur Herbae, ita nec ab odore, quae vis eft quaedam. Tragium hoc alterum dixit Diofcorides, quod Tragum, feu Hircum oleat Herba; ita Tragium nominavit Virgultum aliud quod Hircorum fanet vulnera. Verum ut plureis fuperiori Adnotatione mederi vulneribus vidimus Herbas, ita plures funt quae Tragum, feu Hircum oleant, ut poft hanc Androfaemi illud, feu Hyperici genus Siciliana dictum noftro adnotante Columna, fatis oftendit.

EPIMEDIVM DIOSCORIDIS TAB. XVIII.

Ofmunda foliis lunatis Tournef. 547.

QVare Epimedium [1] appellata fit planta hæc, ignorare fateor, nifi ἐπὶ μηδία, quia in Media frequens oriatur. [2] Apud Theophraftum *Epimetron* legitur, & pro eo in Plinio [3] *Epipetron*, & alibi, ut in Diofcoride *Epimedium*, in aliis nomenclaturis Erineos, & Thryon, [4] quia aquofis gaudeat locis. [5] Diofcorides vero Epimedium habet, atque fic plantam delineavit. Ἐπιμήδιον καυλός ἐστιν οὐ μέγας, κισσῷ παραπλήσια φύλλα ἔχων, ὅσον ι ἢ ιβ΄. οὔτε δὲ καρπὸν οὔτε ἄνθη φέρει. ῥίζαι δὲ λεπταὶ, μέλαιναι, βαρύοσμοι, γδυσαμένῳ μωραί.

(1) *Nomen.*
(2) *Lib. 7. cap. 8. de hift. plant.*
(3) *Lib. 21. c. 15.*
(4) *Lib. 27. c. 9.*
(5) *Lib. 4.*

ρχὶ. φύεται ἐν τόποις ὑδρηλοῖς., [1] *Epimedium caulis eſt non magnus Hederæ folia ſimilia habens, fere decem, aut duodecim: non fructum, neque florem fert: radices ſubſunt, tenues, nigræ, graveolentes, guſtanti fatuæ; oritur in aquoſis locis.* Ex quo textu Plinius mutuatus fere ad verbum ita tranſcripſit [2] *Epimedium caulis eſt non magnus, Hederæ foliis denis, aut duodenis, nunquam florens: radice tenui, nigra ſubgravi odore: naſcitur in humidis.* [3] In Theophraſto vero de florum differentia differente habentur hæc verba: ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνωνθῆ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίμεζον. *Aliqua vero omnino flore carentia ſunt, ſicut Epimetron.* Quæ etiam Plinius ita in ſua repoſuit, [4] ut in cap. de Acino dixi. *Acinos quam Epipetron vocant, quæ nunquam floret.* In Dioſcoride vero legitur nedum flore, ſed & fructu etiam carere, & forſan hic καρπὸν, *fructum*, pro ſemine uſurpaſſe Dioſcoridem, eſt cenſendum, ut in ſequentibus capitibus, Xiphio, Sparganio, Xyride, & aliis multis. Quam etiam ſententiam adiuvat hoc: non enim legitur, nec in Theophraſto, nec in Plinio, quod planta hæc fructu vel ſemine careat, ſed flore tantum, quare ſuſpecta, atque ab aliquo adiuncta hoc loco verba οὔτε καρπὸν cenſeo exiſtimanda: aut legi debere, & interpretari, *non ſemen,*
82 *neque florem fert:* atque etiam dici poſſet, ſuſpecta adhuc eſſe, nam quælibet planta prius florem, deinde fructum, & ſemen, perficere videtur: atque prius οὔτε ἄνθος, poſuiſſet, deinde οὔτε καρπὸν, ut in Dictamno, Phyllitide, & Adianto licet videre, & ſimilibus. Quod autem plantæ fructu, vel ſemine, & flore careant, intelligendum eſt, nobis non contingere forſan illos videre, vel quia inſenſibiles fere videantur, a nobis perſpicue non conſpici, ut in plantis capillaribus, & Filiceorum genere, atque etiam plantis aliis, quorum ſemina veluti atomi impalpabilia videantur, quorumque flores non conſpiciuntur. In aliquibus vero Orchidibus, Pirola, & ſimilibus flores conſpiciuntur: ſemen vero veluti pulvis eſt, quo carere aliquis dicere poſſet, nam ex illo ita tenuiſſimo ſemine, minime conſtat plantam oriri poſſe, experimento facto, plantæ quidem quæ radice ſe propagant, vel nunquam, aut raro, ſemen perficiunt, quo nec exeunt, præſertim ex ſupradictis; aliquæ vero contra. [5] His cognitis plantam deſcribam, quæ frequens eſt in Monte D. M. Virginis, vulgo *Monte Vergine* appellato, frigido & excelſo, locis humidis aquoſis, pratenſibus: Vere exit, Martio ſcilicet menſe invenitur ab radice tenui, ſubnigra, intus flaveſcente, repente atque fibris diviſa, folia edens rotunda Hederæ forma, lævia Soldanellæ marinæ ſimilia, minora vero, tertii Sedi a me deſcripti pri-

(1) *Forma.*
(2) *Lib.* 27. *c.* 9.
(3) *Lib.* 7. *c.* 8. *de hiſt. plant.*
(4) *Lib.* 21. *c.* 15.
(5) *Deſcriptio.*

primis foliis fere æqualia, quæ etiam Hedera ſimilia ſunt; ſed non ita craſſa, atque molliora, ſingulari cauliculo ex oppoſito alternatim hærentia, dena, aut duodena, vel aliquando etiam, magiſve: ſecundum loci annique temperiem: e medio vero caulis parum ſub primis foliis producitur petiolus tenuis in ſummo plures racemos utrinque petiolo hærentes, foliorum etiam numerum æquantes, acinos habentes congeſtos, paucos, virides, qui nec florem unquam edunt, nec ſemen intus habere conſpicitur, ſed pro eo, pallido colore pulvis tenuiſſimus, atque impalpabilis invenitur, qui an ſatus, ex eo planta exeat, incertum eſt, ſæpe quidem cum expertus ſim, nunquam exire aliquid cognovi. [1] Maio & Iunio cum botrybus racemoſa invenitur. Tota planta dodrantalis ad ſummum eſt. Radix gravem odorem terreum, putidumque remittit, guſtu inſipido aqueo. Recentiorum experimento [2] conſtat frigidam, & ſiccam eſſe temperamento: quare ad vulnera ferruminanda, ulcera cicatrice adducenda efficax eſt; luxataque coniungenda. Item ad album mulierum profluvium. Lobellius, ad enterocelas, & hernias magnæ commendationis, 83 & utilitatis potam, & impoſitam eſſe ait: eximie quidem ferruminandi vim habere aſſerit. Dioſcorides vero: [3] *Huius folia conciſa cum oleo trita cataplaſma mammis exhibent, ut ne augeſcant. Et radix conceptionem impedit. Et folia trita quinque drachmarum pondere cum vino pota, poſt purgationem dies quinque ne concipiant, ſervant.* Plinius vero ait: [4] *Et huic ſpiſſandi, refrigerandique natura, fœminis cavenda, Folia in vino trita virginum mammas cohibent.* Galenus vero. [5] *Epimedii vis eſt moderate refrigeratoria, cum aquea humiditate: quare nullam habet inſignem qualitatem. Vberibus illitum ea recta ſervare poteſt. Aiunt vero ſi potu hauriatur, ſterilitatem parere.* Quibus non minus facie quam viribus reſpondere planta hæc videtur. Non eſt Epimedium Hepaticum trifolium appellatum, nam & flores eodem tempore, cum foliis, pulchros, atque conſpicuos edit: nec unico cauliculo folia hærent, ut Dioſcorides ait, qui ſcribit, ut caulis habeat folia decem, aut duodecim, καυλὸς ἐστιν &c. ἔχων φύλλα &c. non ut petioli ſinguli folia habeant diverſi a caule. Neque planta illa magna Aethiopici Seſelis dicti foliis vel Libanotidis, ut aiunt, nam & magna planta eſt, eodemque vitio prædita, quo ſuperior, nec decem, aut duodecim, unico cauliculo, ſed ſemper novem habet ſingulis petiolis; καυλὸς ἐστιν, inquit Dioſcorides, ſicuti in capite de Orobanche, & ſimilibus plantis, quæ caulem ſimplicem habent, etſi aliquando confundat ſcribendi modum. Huic

 con-

(1) *Tempus.*
(2) *Vires.*
(3) *Lib. 4.*
(4) *Lib. 27. cap. 9.*
(5) *Lib. 6. de ſimpl. med. fac.*

congener videtur natalibus, magnitudine, natura, viribuſque planta illa Ophiogloſſon appellata, folio oblongo hederaceo, ligula oblonga, veluti connexis binis ex ordine botrybus compoſita, quæ nec florere conſpicitur, nec ſemen habere, ſed pulverem luteum, ut in ſupradicta inutilem: viribus etiam recentiorum experimento ſimilibus.

IANI PLANCI ADNOTATIO XVI.

SI Epimedio praeclarae illae vires ſunt, quas Dioſcorides tribuit, & Plinius, Galenuſque ex ipſo confirmant, debuerat accuratius Plantam hanc deſcribere, ne Rei Herbariae Scriptores, & Rhizotomi in Epimedio aſſignando haeſitarent, & inter ſe diſſentirent, ut diſſentiunt quidem: Nam diverſas omnino plantas pro Dioſcoridis Epimedio nobis oſtendunt. Genuinum enim illud Veterum Epimedium carius Amaſiae mulieres duplo emerent quam Vniones, & Auro Argentoque concluſas Gemmas, ſi per Epimedium ſolidiuſculae ipſis ſemper conſiſterent mammae, & conceptio prohiberetur. Verum ut falſas, ne dicam a Medico proponi indignas puto illas vireis; Ita falſas quoque credet quiſque qui ſapit vim illam Hydrargyrum denſandi, quam Chryſopoeae Magiſtri Epimedio huic Columnae tribuunt, quod Lunariam Botryoidem vulgo appellant.

85 SISER DIOSCORIDIS TAB. XIX.

Paſtinaca ſativa latifolia C. B. P. 155.

SIſer, a Græcis Σίσαρον, dicitur [1] Huius notas, quia vulgare, atque notum erat Dioſcorides tacuit: hæc de ipſo ſcripta reliquit. Σίσαρον γνώριμον, οὗ ἡ ῥίζα ἑφθὴ, εὔστομος, εὐστόμαχος, οὐρητικὴ, ὀρέξεως προκλητική. *Siſer notum eſt, cuius radix decocta ori grata eſt, & commoda ſtomacho, urinam ciet & appetentiam excitat.* Hoc Plinius, duplex eſſe ait, [2] *Siſer erraticum ſativo ſimile eſt, & effectu, ſtomachum excitat, faſtidium abſterget &c.* & alibi de Paſtinacis ſupra loquutus ſubiungit: *Inter medica dicendum Siſer, & ipſum Tiberius princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis a Germania: Gelduba appellatur caſtellum Rheno impoſitum, ubi generoſitas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis convenire. Ineſt longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulſo in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Nervus idem & Paſtinacæ maiori, duntaxat anniculæ. Siſeris ſatus menſibus Februario, Martio, Aprili, Auguſto, Septembri, Octobri, &c.* Idem paulo poſt. *Et hæc autem ſeritur, & ſiſer,*

& Pa-

(1) *Nomen.* (2) *Lib. 20. c. 5.*

& Pastinaca utroque tempore, Vere, & Autumno, magnis seminum intervallis, nullave minus quam ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat. Siser autem transferre melius. Galenus vero de Sisere hæc tantum tradidit [1]. *Siseris radix cocta stomacho grata est, & urinam movet; secundo ordine calfaciens, adiectam habens amaritudinem quandam, cum levi adstrictione.* Columella vero de Hortorum cura agens ait. [2] *Pastinaca, & Siser, atque Inula convalescunt altè pastinato, & stercorato loco, sed quam rarissime ponenda sunt, ut maiora capiant incrementa. Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices, & radicibus, ut oculus Harundinis serpit: nec est alius cultus horum omnium, nisi ut sarritionibus herbæ tollantur.* Ex quibus omnibus colligitur, plantam a me propositam Antiquorum Siser esse absque dubio ullo. Radicem namque Pastinacæ sativæ similem forma & sapore, verum amariore, atque odoratiore: omnesque Pastinacæ generi adscripsere, qui adhuc de plantis recentiores scripsere, atque Pastinacam vulgarem, sive domesticam appellarunt. In hac radice nervus inest longitudine, qui eximitur, postquam elixata fuerit radix, non solum 86 dulcedinis causa, sed quia tenerior est pars reliqua exterior, ciboque aptior, atque gratior; hoc & in Pastinaca sativa vulgari, & Rhaphano perspicitur, præsertim cum radices sunt bene adultæ, duriorem tunc continent nervum cibo ineptum. Hanc postremo pro Elaphobosco depingunt, ab illius descriptione longe alienam: differt namque radicis forma, sapore, atque semine Anetho dissimili, foliaceo compresso. Quamobrem non erit verendum dicere non esse Elaphoboscon, atque Siseri per quam congruere, cum sapore, forma, atque usu Antiquorum monumenta etiamnum retineat. Seritur hæc semine, & postquam exierit, ut maior efficiatur radix transfertur alte prius refosso, atque stercorato agro, atque rarius ut cætera olera deponuntur. Dalechampius alios sequutus, quia planta a se descripta plures habebat radices, putavit, atque scripsit, non semine, sed radice seri: sed hallucinatus est: quia sequi voluit Matthioli scripta, quæ a Marcello Virgilio, qui verbis tantum Dioscoridem commentatus est, ea transcripsit. Neque animadvertit verba illa Plinii: [3] *Oculis ex radice excisis, ut Harundo seritur*, Inulæ satum, non Siseris demonstrare, de qua verba faciebat. Idemque postea, Inulam Siser, & Pastinacam eodem tempore magnis seminum intervallis seri; Siser vero transferri melius. Quod hic quilibet Olitor facit, prius vero semine, Rhaphanos, Pastinacas, Cæpas, Lactucas, Brassicas, atque cætera olera serit, deinde opportuno tempore prius altero solo refosso & stercorato, ut melius convalescant, at-

(1) *Lib. 8. de simpl. med. fac.*
(2) *Lib. 11. de re rust. cap. 3.*
(3) *Lib. 19. c. 5.*

atque grandiora fieri poſſint, radices transfert. Hoc aperte iubet Columella, ut ſupra dixi loco citato, & ita eius verba intelliguntur. Quibus ſic conceptis ad plantæ deſcriptionem redeo. [1] Radice firmatur longa, Paſtinacæ ſativæ ſimili, alba, aliquando in ſuperiore ſui parte purpuraſcente, quæ intus nervum, ut Paſtinaca, & ſimiles continet, ſed duriorem, atque lignoſum minime veſcendo aptum. Primo anno digiti craſſitudinem æquat, poſtea quidem fit grandior, atque excedit Paſtinacam: folia emittit ex ſemine nata primum bina, deinde terna, poſtea vero quaterna ex oppoſito, petiolo in imo rubenti hærentia, & unicum latius ſingulis petiolis in illorum extremo: ſuperius lævia, inferius aliquantulum hirſuta, per ambitum ſerrata, atque Lave-
87 ris modo cui admodum ſimilia ſunt, inſuper diviſa præſertim cum planta tres annos attigerit: caulem edit fœniculaceum hirſutum, rubeſcentem, geniculatum, atque ſingulis geniculis alis diviſum, ſecundo anno pedes altum quatuor, poſtea vero æquat, vel ſuperat hominis ſtaturam: in ſummo caulis & alarum, quas plures edit, inſunt umbellæ luteæ, & in his poſtea ſemen foliaceum duplex compreſſum, Angelicæ vulgo dictæ ſemini ſimile: [2] Auguſto menſe perficitur: [3] locos amat pratenſes. Huius radicis ſapor, eſt Paſtinaca amarior, atque odoratior, aromaticum quid amplius habens, guſtu gratior, quapropter etiamnum a multis ſeritur, & præſertim in Gallia Ciſalpina, ut ab illius provinciæ incolis amicis accepi, in cibo avidiſſimè expetitur, atque ut palato gratior fiat, illam ita parare ſolent. Radicem adultam accipiunt lavantque, fibras parvas cultro excidunt, poſtea elixant, atque cum refrixerit per longum dividunt, nervumque eximunt, atque in fruſta diſſectam, patella oleo ferventi plena, farina prius obductam piſcium modo frigunt: eo evadere ſapore aiunt, ut nec piſces bene conditos ea menſa deguſtare comedentibus placeat amplius. Non igitur mirum ſi Tiberius princeps, ut a Plinio refertur, omnibus annis a Germania afferri iubebat, cum ſit ita palato, & ſtomacho grata, atque utilis. Huius facultates ita præter alios Plinius deſcripſit privatim, [4] *Siſer erraticum ſativo ſimile eſt & effectu, ſtomachum excitat, faſtidium abſterget.* [5] *Ex aceto Laſerpitiato ſumptum, aut ex pipere, & mulſo, vel ex garo, urinam ciet, ut Opion credit, & Venerem. In eadem ſententia eſt & Diocles. Præterea cordi convenire convaleſcentium, aut poſt multas vomitiones per quam utile. Heraclides contra argentum vivum dedit, & veneno ſubinde offenſanti, ægriſque ſe recolligentibus. Hiceſius ideo ſtomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres Siſeres edendo*

con-

(1) *Forma.*
(2) *Tempus.*
(3) *Locus.*
(4) *Vires.*
(5) *Lib. 20. c. 5.*

continuaret: esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus. Sativi privatim succus cum lacte Caprino potus sistit alvum. Ex his igitur notum est plantam hanc Antiquorum usum Siseris, atque vires ab illis tributas retinere, quare alias plantas ab aliis descriptas minime Siseris vires atque gustum, & usum referre iudicavi. Elaphobosci potius historiam repræsentare planta illa radice Asphodelo simili videtur, de qua dicam.

ELAPHOBOSCON DIOSCORIDIS TAB. XX. 88

Sisarum Germanorum C. B. P. 155.

QVoniam ut fertur, Cervi hoc pabulo adversus serpentium ictus resistunt, [1] Elaphoboscon dicta fuit planta hæc, quasi ἐλάφων βόσκη, ut Dioscorides ait, [2] *ταύτην φασὶ τὴν πόαν τὰς ἐλάφους γεμηθείσας, ἀντέχειν τοῖς τῶν ἑρπετῶν δήγμασι. hanc dicunt herbam cervas depastas resistere reptilium morsibus*, & Plinius [3]. *Quippe fama est hoc pabulo Cervos resistere serpentibus*, & alibi.[4] *Simplicius Cervæ monstravere Elaphoboscon, de qua diximus*. Hanc Dioscorides his notis depinxit. [5] Ἐλαφόβοσκον καυλὸς ἐστι λιβανωτίδι ἢ μαράθρῳ ἐμφερὴς γεγονατωμένος. φύλλα διδάκτυλα τὸ πλάτος, ἱκανῶς ἐπιμήκη ὡς Τερεβίνθου, περικεκλασμένα, τραχέα ποσῶς. ἔχει δὲ παραφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ, ἄνθη ὑπομήλινα, καὶ τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές. ῥίζα ὡς τριδάκτυλος τὸ μῆκος, πάχος δακτύλου, λευκὴ, γλυκεῖα, ἐδώδιμος. καὶ ὁ καυλὸς δὲ λαχανεύεται ἀρτιφυὴς ὢν. *Elaphoboscon caulis est Libanotidi, aut Fœniculo similis, geniculatus, folia habens duum digitorum latitudine, satis oblonga ut Terebinthi, circumfracta, aspera aliquantulum. Habet autem caulis propagines multas, habentes umbellas Anetho similes, flores submelinos, & semen simile Anetho, Radix est trium digitorum longitudine, crassitie unius digiti, alba, dulcis, & esui apta, & caulis olerum modo editur, dum recens est*. Et Plinius [6]. *Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum, digiti crassitudine, semine corymbis dependentibus Silis effigie, sed non amaris; foliis Olusatri*. Quæ descriptio mutila videtur, cum nec flores, nec radicem describat, & digiti crassitudo videtur potius cauli, quam radici, de qua nihil dicit, tributa. Quare Dioscoridis descriptionem hoc loco magis sequendam esse cen-

(1) *Nomen, & Etymon.*
(2) *Lib. 5.*
(3) *Lib. 22. c. 22.*
(4) *Lib. 25. c. 8.*
(5) *Descriptio.*
(6) *Lib. 22. c. 22.*

censeo, cùm satis totam plantam ex ea delineatam habeamus: cui a me depicta planta satis respondere videtur: his enim partibus constat. Radices [1] habet albas, dulces, esui aptas, aromaticas, sapore nigræ Theophrasti pastinacæ: digiti crassitudine, longitudine vero tres, quatuorve digitos, vel minus, aliquando cultu, & vetustate magis æquantes: plures, ab uno ortu Asphodeli modo dependentes, a quibus folia exeunt Laveri, vel Siseri a me depicto similia, sed terna ex oppo-
90 sito petiolo hærentia, atque unicum in extremo, ut in Terebintho, sed per ambitum serrata dentibus acutis, tactu asperis, (quare verbum illud τραχέα, non ad foliorum superficiem, sed circumferentiam, refertur, atque non *hirsuta*, sed *aspera*, interpretandum est hoc loco, sicuti eiusdem Dioscoridis est exemplum in cap. de Elleboro nigro, ubi folia aspera esse dixit, per verbum τραχέα, quod nec eo loco *hirsuta* interpretari potest: nulla nigri Ellebori quidem folia hirsuta esse scimus, sed serraturis acutis circum aspera: præterea Dioscorides folia hirsuta per verbum δασέα, describit, quod proprium est, ut in cap. de Sempervivo tertio notavi) lata duobus digitis, atque tribus longa: caulem emittit rotundum fœniculaceum, geniculatum, & ex singulis geniculis alas, habentes in summo, ut caulis, umbellas pallescentibus floribus, quibus singulis succedunt bina semina non compressa, sed aliquantulum extuberantia Anetho similia. [2] Culta mihi floruit Aestatis fine, atque semina perfecit Autumno: gustu & sapore Pastinacæ nigræ aromatico, sed non amaro, ut Plinius notat. Sponte ortam non vidi, [3] sed in agro Narbonensi oriri tradit Lobellius. Hæc satis Dioscoridis Elaphoboscum referre videtur, etsi videatur obstare, ut aliqui dicunt, Dioscoridem nullam de multiplicibus radicibus mentionem fecisse: ad quod respondetur, hoc evenisse, nam hæc planta, etsi multiplici sit radice, non semper multas habet radices, cum semine difficulter exeat, atque radice feratur, una ex illis avulsa, ut omnes iam cognovere; quare non erit absurdum dicere, Dioscoridi forsan contigisse, plantam unica radice allatam videre: vel potius relatori fidem adhibuisse, qui radicem tribus digitis longam, & digito crassam esse affirmavit, nihil distinguens de multiplicitate; & sic Dioscorides ignarus forsan multitudinis, vel tacitus, ita descripsit plantæ huius radicem: putans sufficere ita radicem describere, ut sit unius digiti crassitudine, & trium longitudine. Nulla enim adhuc visa est radix, quæ talem habere possit formam, & magnitudinem, nisi sit Asphodeli, Pæoniæ fœminæ & similium, ut Apii, Tithymali, scilicet Tuberosi, cuius Radix tuberosa est, & Pyri formam habet, atque Dio-

sco-

(1) *Forma*. (3) *Locus*.
(2) *Tempus*.

fcorides, & Theophraftus fimilem dixerunt effe radici Afphodeli, cuius multiplex eft radix; nec Apion unicam tantum radicem habere notarunt. Radix quidem non carnofa vel bulbofa minime poterit digiti craffitudinem affequi, nifi fit pede longior, ut Rhaphani, & fimilium. His refponfum fatis mihi videtur, cum in reliquis refpondere videatur, & radicis hunc fcrupulum ita defenfum effe, & fublatum puto. Dulcis eft plantæ huius radix abfque amarore aliquo, omnium 91
fententia: quapropter, an Diofcoridis Sifer fit, iidem dubitant: nam Galenus, & Plinius [1] volunt Sifer amarore non vacare; atque cum in hac Planta recentiores non reperiffent amaroris notam, loci, cœlique varietati, varietatem obiecerunt: fed nec aliquis unquam huius radices amaras alibi deguftavit. Reiicienda igitur eft eorum de hoc fententia, cum & in omnibus locis dulcis edulis, & guftu fuavis fit. Iccirco, cum huius plantæ radix, tantum quia multiplex fit, a Diofcoridis hiftoria differat: craffitie vero, forma, & longitudine, colore, & fapore illam referat, atque etiam foliis Terebintho per quam fimilibus, caule, floribus, & femine, atque guftu refpondere videatur, non vereor pro Diofcoridis Elaphobofco afferre, fatis fuæ congruente delineationi. [2] De quo Galenus loquens ita inquit. *Elaphobofcon facultatis eft calidæ, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ fecundo maxime exceffuum ordine.* [3] Diofcorides vero hanc vim habere afferit. *Tradunt cervas huius herbæ pabulo refiftere ferpentium morfibus. Vnde & femen eius commorfis a ferpentibus datur cum vino bibendum.* [4] Plinius vero habet. *Et hoc laudatum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam, lateris dolores fedandos, rupta, convulfa fananda, inflationes difcutiendas, coli quoque tormenta. Contra ferpentium omniumque aculeatorum ictus. Quippe fama eft hoc pabulo cervos refiftere ferpentibus. Fiftulas quoque radix nitro addito illita fanat. Siccanda autem in eos ufus prius eft, ne fucco fuo madeat, qui contra ferpentium ictus non facit eam deteriorem.* Hanc pro Sifaro omnes depinxere, atque verum effe affirmant, fed in defcriptione Siferis iam oftendi, omnes hallucinatos effe; cum ideo hanc Sifer effe putaverint, quia radice ferebatur, una ex illis avulfa, quod ex Marcelli Virgilii commentario excepere, non fine omnium pudore, cum ex hoc cognofcantur ad legendum parum follicìti, vel ad verba, & fenfus confiderandos inepti, atque nimis creduli. Non enim quia fcripfit Marcellus Virgilius: *Seri hoc non femine, fed bulbis, veteres dixerunt: qui ut in Lilio, Inula, & Aro fit, a reliqua radice avulfi, ad novam fobolem in hortis difponuntur*, ideo non erat Plinii, atque Columellæ textus ab eodem citatus confiderandus, atque

K fen-

(1) *Lib. 8. de fimpl. med. fac.*
(2) *Vires.*
(3) *Lib. 6. de fimpl. med. fac.*
(4) *Lib. 22. c. 22.*

ſenſus veritas excipienda, quam, ut dixi in deſcriptione Siſeris patefeci: nec repetenda eſt hic amplius. Non eſſe Elaphoboſcon Dioſcoridis quæ ab aliis depingitur, ex his quiſque iudicabit, radicis quidem
93 ſapore, forma, longitudine, ſemine foliaceo Anetho diſſimili, totaque forma abeſſe cognoſcet.

IANI PLANCI ADNOTATIO XVII.

DVas has Vmbelliferas Plantas, quas Siſarum unam, & Elaphoboſcum alteram appellavit Columna, Olerum ſunt genus, quod Paſtinacam diceres, & alterutram Botanici Eruditi eam eſſe contendunt, quam Tiberius Caeſar quotannis a Germania afferri iubebat ut Palato & Stomacho ſuo indulgeret. Columna, ut apparet, ſtat pro prima. Verum Bauhini fratres, & Dodonaeus Germani pene, & cum ipſis Tournefortius pro altera ſtant, quam Elaphoboſcum Cervis perutilem herbam Columna noſter vocitavit.

PAPAVER HERACLEVM THEOPHRASTI, ET DIOSCORIDIS. TAB. XXI.

Cyanus Segetum C. B. P. 273.

PApaveris nomen huic plantæ inditum fuit, non quod eſſet ex genere Papaverum,[1] ſed quia inter ſegetes ſicuti Papaver rhoeas foliis non diſſimilibus exoritur, capitula etiam Papaveri ſimilia habens. Herculeum vero dictum ob virium præſtantiam in educendo vomitione humores comitialem efficientes morbum, quo Hercules depreſſus fertur: unde comitialis morbus Herculeus dictus eſt. ἀφρώδης a Dioſcoride dicitur, quia album ſit, & ſpumæ ſpeciem hirſutie referat. Spuma quidem cuiuslibet rei dicitur, quod rarum, album, leveque ſit, ut ſalis ſpuma, quæ veluti ſitus, aut lanugo quædam ſaxis hærens invenitur; quam Dioſcorides[2] ἄχνη, & ἐπίψηγμα appellavit: quæ verba lanuginem ſignificant: vel quod ſimile ſit forma & colore, ut Aphronitrum. Dici etiam poteſt ἀφρώδης ab effectu, ſpumoſum enim humorem, pituitam ſcilicet, in aqua mulſa potum, vomitu educit, ut Theophraſtus, & Dioſcorides aiunt, Galenuſque conſentit. Huius notas ſic Theophraſtus depinxit:[3] Ἑτέρα δὲ μήκων, ἡράκλεια καλεῖ-

(1) *Nomen & Etymon.*
(2) *Lib. 4. c. de ſpuma ſalis.*
(3) *Lib. 9. c. 13.*

λεῖται. τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἷον ϛρουθὸς, ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι. ῥί-
ζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον. τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. [1] *Aliud autem Papa-
ver heracleum appellatur, quod folium habet ut Struthium, quo lintea de-
albant: radicem vero albam per ſummam terram: fructum autem album.*
Dioſcorides vero habet. [2] Μήκων ἀφρώδης, ὑπὸ δέ τινων ἡράκλεια κλη-
θεῖσα, καυλὸν ἔχει σπιθαμιαῖον, καὶ τὰ φύλλα σφόδρα μικρὰ ϛρουθίῳ
ἐοικότα, καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκόν, καὶ τὸ ὅλον δὲ βοτάνιον λευκόν ἐ-
ϛι, καὶ ἀφρῶδες. ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπλέον. *Papaver ſpumeum, ab ali-
quibus herculeum appellatum eſt, caulem habet pedalem, & folia admo-
dum parva, Struthio ſimilia, & fructum ab ipſis album, & tota herbula
alba eſt, & ſpumea: radicem autem tenuem in ſumma terra.* Plinius au-
tem ex Theophraſto excipiens ſcripſit. [3] *Alterum e ſylveſtribus genus,
heraclion vocatur, ab aliis aphron, foliis (ſi procul intuearis) ſpeciem Paſ-* 94
*ſerum præſentantibus: radice in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo: ex hoc
lina ſplendorem trahunt Aeſtate.* In qua deſcriptione iam omnes ani-
madverterunt Plinium hallucinatum, herbam ignorantem, a vocis fuiſ-
ſe ſimilitudine: ϛρούθιον, vel ϛρουθὸς, *Struthium*, *Lanaria*, ſcilicet
herba, cum ϛρουθίον, vel ϛρουθὸς, quæ verba Paſſerculum, & Paſſe-
rem ſignificant: ideoque Paſſerum ſpeciem folia præſentare dixit. Sed
veritas eſt ut folia Papaveris huius ſimilia ſint foliis Struthii, Lanariæ
herbæ: qua lintea dealbantur. Sed hanc dealbandi vim Plinius non
Struthio, ſed Papaveri tribuit, dicens: *Ex hoc lina ſplendorem trahunt
Aeſtate*: ᾧ relativum non proximiori ϛρουθὸς, ſed Papaveri tribuens.
Neſcio quidem, mirorque quomodo in hunc incidit errorem, nam ᾧ
relativum, non feminini ſexus eſt, ut μήκων ἡράκλεια, ſed neutri, vel
maſculini, ϛρούθιον, vel ϛρουθὸς, quod tamen minime animadver-
tens (emungebatur tunc candela) Papaveri perperam tribuit. Ex his
denique niſi foliorum Struthii delineationem habeamus certam, nullam
cum Struthii foliis habere ſimilitudinem herculei huius Papaveris folia
aſſerere poterimus. Quare quoad fieri poterit Struthium primo de-
pingam antiquorum, eiuſdem ſcilicet Theophraſti, auctoritate, & de-
lineatione, deinde plantam pro Papavere, Struthii foliis admodum
minoribus, ut Dioſcorides notat. [4] Struthium igitur ut ab ipſius e-
tymo incipiam, ideo appellatum cenſeo, quia ipſius folia ad modum
pennarum avis Struthii appellati, vulgo *Struzzo*, utrinque laciniata
ſunt: nam & aliæ plantæ a pennarum ſimilitudine appellatæ ſunt, ut
Filix, quæ πτέρις dicitur, quia folia utrinque digeſta ſunt pennæ
modo, [5] ut Dioſcorides ait in cap. de Filice: ita etiam folia Abietis, eſ-

K 2 ſe

(1) *Deſcriptio.*
(2) *Lib. 4.*
(3) *Lib. 20. cap. 19.*
(4) *Struthii etymon & delineatio.*
(5) *Lib. 4.*

ſe videntur, ut Theophraſtus ait [1], & etiam Sorborum: *Singula vero,* inquit, *conſtant ex obliquis pennæ modo partibus, ac ſi omne unum eſſet, habens lobos exciſos ad nervum uſque, verum differunt ſingula multitudine partium.* [2] *Decidunt vero non partes, ſed totum folium pennæ facie.* Quod etiam folia plantarum ſimilia dicantur pennis Struthii avis, idem Theophraſtus teſtis eſt, qui de arboribus Indiæ loquens ait. [3] *Alia cui folium ſpecie prælongum, ſimile pennis Struthiorum, quæ ſuper galeis imponuntur &c.* Item ſpinoſa vel aculeata folia habere debet, nam Theophraſtus [4] inter ἀκανθόφυλλα Struthium recenſet: atque Sonchum
95 & Struthium, & ſimilia, non eſſe acanacei generis notat, nam capitula non habent ſpinoſa, vel ſpinis circumdata, ut reliqua ſpinoſa foliata acanacea. Flores edere dicit idem Theophraſtus Aeſtate inodoros, atque pulchros: [5] *Floret & Iris Aeſtate, & Struthium dictum, flos aſpectu pulcher, ſed caret odore:* cuius flores in coronis addi antiquitus refert Athenæus. [6] Radicem teretem longamque habere debet Polemoniæ ſimilem Dioſcoridis ſententia, qui de Polemonia loquens ait, ῥίζα πυχναία, ὑπόλευκος, ἐμφερὴς ϛρουθίῳ. *Radix cubitalis, ſubalba, ſimilis Struthio.* Sunt qui Struthium oleæ folia habere putent, atque Plinii auctoritate moventur, qui ait: [7] *Atque vocatur Radicula, lavandis demum lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori, mollitiæque, Naſcitur ſativa ubique ſed ſponte præcipua in Aſia, Syriaque, ſaxoſis, & aſperis locis. Trans Euphratem tamen laudatiſſima, caule ferulaceo tenui, & ipſo cibis indigenarum expetito, & tingenti, quicquid ſit, cum quo decoquatur, folio oleæ &c.* Sed hanc Plinii lanariam herbam Oleæ folio, non Struthium, cuius folia ἀκανθόφυλλα eſſe debent, ſed quam Dioſcorides παρακανθόφυλλον eſſe ſcribit, Hippophaës cenſerem. Pro Struthio vero ex Iaceis vulgo dictis & Stœbis falſo putatis aliquam vel illis ſimilem ſupponerem: ſpinoſa foliata quidem ſunt ut Sonchus, & capitula eidem ſimilia non acanacea habent: atque in aliquibus acrem tetrumque halitum cerebro moleſtum ineſſe percepi. Sed de his nihil nunc ſtatuo, nam dealbandi vim lanas in radice perquiro: atque nunc Iaceas, & Stœbas, foliorum, atque plantæ totius forma Struthii delineationem referentes ſufficit conſiderare: non ut Struthii vim referant, ſed Plantæ habitum, cui ſimile foliis admodum minoribus herculeum Papaver demonſtrandum ſuſcepi, ut Dioſcorides vult. [8] Planta hæc frequentiſſima eſt in agris [9], nec minus erratico Papavere infeſta;

(1) *Lib.* 3. *c.* 10.
(2) *Lib.* 3. *c.* 11.
(3) *Lib.* 4. *c.* 5.
(4) *Lib.* 6. *c* 3.
(5) *Lib.* 6. *c.* 7.
(6) *Lib. ult. c.* 10.
(7) *Lib.* 19. *c.* 3.
(8) *Forma.*
(9) *Locus.*

ſta, quare inter hordea non cribrata etiam capitula inveniuntur: A-gricolæ *fior campeſe* nuncupant. Radice firmatur parva, tenui, parum ſub terra deſcendente, atque multo minus Corniculato Papavere, cu-ius radicem per ſummam terram ferri tradunt Theophraſtus, & Dio-ſcorides alba parvis fibris diviſa: folia emittit primis erratici Papave-ris foliis ſimilia, atque etiam lacearum, & Stœbarum, quarum fo-liis etiam cum adoleverit ſimilia ſunt, ſed minora duplo, vel triplo, albidiora, atque molliora, lanuginoſa multum, quare incana perſpi-ciuntur: caulem emittit Veris fine, ab radice alis diviſum, in quibus & foliis præter naturalem aliorum foliorum hirſutiem, lanugo quædam 96 viſitur, quaſi rarum ſuperiectum ſit Bambacium, quo ſpumæ colorem, raritatemque referre videtur: nec alio modo ſpumam referre cenſeo plantam aliquam; nec ut aliqui putant exudare ſpumoſum liquo-rem, in humido quidem extrinſeci caloris ferveſcentia requiritur, ut ſpumeſcere poſſit, quod in plantis minimè poſſe accidere cenſeo, cum adhuc non obſervaverim. [1] Aeſtate vero in alarum ſummo ex ſingu-lis foliorum alis, ut in Chelidonio maiore, quod παρ᾽ ἕκαστον φύλλον florem habere ait Dioſcorides, capitula ſunt alba, ſquamoſa, flores e-dentia varios, nam albo, purpureo, atque cæruleo colore conſpiciun-tur: quod autem capitula huius plantæ ſint ſimilia Papaveris capiti-bus, idem Dioſcorides tradit in capite Centaurii maioris, his verbis[2] ἐφ᾽ ὧν κεφαλαὶ ὅμοιαι μήκωνι, *in quibus capita ſimilia Papaveri*: hæc quidem Centaurio ſimilia ſunt. Semen habet Cnici parvum ex ci-nereo album, quare ἀφρώδες dicitur, talis quidem eſt ſpumæ color, nam aquæ opacitas per ipſius diaphanas partes perſpicitur: pappum habens, amarum, acre, quod perfectum per ſe decidit aperto capitu-lo. Huic Theophraſtus has vires tribuit [3] *Purgat per ſuperna radix hu-ius utuntur ea aliqui ad comitiales in aqua mulſa*. Dioſcorides vero di-ligentius vires deſcribens, & modum, ait: [3] *Huius fructus, non radix, colligitur Aeſtate ubi plene maturuit, & ſiccatus decidit. Purgat per vo-mitus, ſi acetabuli menſura cum aqua mulſa ſumatur. Huiuſmodi purga-tio privatim comitialibus commoda eſt*. Plinius quidem habet: *Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli menſura ſemen in vino albo: vomitio-nes enim facit*. Atque de ſemine Dioſcoridi conſentiens intelligit, nam Theophraſtus radici vim tribuit in aqua mulſa pota. Plinius ab utro-que in hoc diſſentit, nam in vino albo potari ſcripſit: a quo deceptus Gaza, in verſione huius loci μελικράτῳ, *vino mulſo*, interpretatus eſt [4]. Sed error utriuſque videtur, nam in vomitionibus, non vino, ſed a-qua mulſa uti debet, cum propriam hanc vomitiones ciendi vim aqua mul-

(1) *Tempus*.
(2) *Lib.* 5.
(3) *Vires*.
(4) *Lib.* 5. *c. de aqua mulſa*.

mulſa habeat teſte Dioſcoride. [1] Galenus vero hæc de planta hac reliquit. *Papaver herculeum, vocatur & aphrodes, eo quod totum album, & ſpumeum ſit, exiſtens parvum. Semen habet pituitam expurgans.* Recentiores hanc ſeminis vim ciendi vomitiones non cognoverunt ſub Cyanei floris nomine a Plinio inter alios coronarios relato [2]. Qui an diverſus a ſpumeo Papavere, quod non cognovit, ſicuti
97 & an ipſius Cyanus ſit incertum eſt, ſed & utrumque eſſe poſſe cenſeo, nam & Struthii flores, his non abſimiles coronarii etiam ſunt: ſicut & huius flores, quorum venuſtate, & coloris differentia manipuli eleganter compoſiti conficiuntur Aeſtate, immixtis Roſarum, Aurantiorum, Caryophyllorumque floribus, ut & oculi coloris varietate, & nares odore oblectentur, atque ideo in hortis ſeritur. Quare ἀφροδησία μήκων, Veneris ſcilicet Papaver appellari poteſt. Chondrillis, Intybiſque cum parum foliis ſimilis eſſet, natura ſimilem fecerunt: atque easdem vires huic quas Serides habent tribuere, refrigerantem nempe, atque ſiccantem. Mihi vero ut ex ſapore perſpicitur acrimonia participare videtur, atque non parum differre ab illis. Placentinum aiunt Syrupo e Cichorio Cyaneum immiſcuiſſe Cichorii generi adſcribente, ſed certe ab eo diſtat ut iam omnes animadverterunt: atque ego non hanc plantam, ſed aliam ſpeciem cæruleum florem ſemper edentem, quam Dodonaeus Chondrillam cæruleam appellat, lacteſcentem Placentinum uſurpaſſe cenſeo: quam alii pro Seſamoide parvo Dioſcoridis depingunt, illi longe flore, ſeminiſque colore & ſapore, viribuſque diſſimilem. [3] Eſt & altera Cyanei etiam nomine maioris planta vulgo dicta, non in agris ſed montanis locis frequens, foliis maioribus, latioribuſque, incanis, hirſutis, atque lanugine illa ſuperabundanti etiam refertis, caule breviore, craſſiore lanuginoſo: floribus purpureis, calyce non albo lævi, ſed ſquamis viridibus per ora flavis laciniis diviſis; radice perenni, atque repente: ſemine vero non differt. Ex his igitur conſtat plantas ab aliis pro ſpumeo Papavere depictas nullam cum Struthii foliis habere ſimilitudinem ſicuti, nec ſuæ reſpondere delineationi. Planta hæc foliis flore ſemine, & viribus non minus Seſamoidem parum refert, cuius hiſtoria, & vires ſimiles fere ſunt. Nam Hieronymus Tragus vir doctiſſimus in ſuo Herbario, ſub vulgari appellatione Baptiſculæ, Plantæ huic purgatrices vires experimento adeſſe tradidit, ut Seminis dimidia Drachma in pulverem redacti ſumta bilem per alvum detrahat, item & flos, & ſemen decoctum cum Vino, & potum contra Araneorum, & Scorpionum ictus auxiliatur. In Vetuſtiſſimo Herbario Membranaceo San-

(1) *Lib. 7. de ſimpl. med. fac.*
(2) *Lib. 21. c. 9. & 11.*
(3) *Varietas.*

Sancti Ioannis Carbonariæ , ut diximus; Planta pro Spumeo Papavere depingitur similis toto habitu, & Capitulis, sed foliis minime incisis.

Iani Planci Adnotatio XVIII.

PVdeat Veteres Botanicos, qui tanti Dioscoridem suum, & Theophrastum in describendis Herbis faciebant, ut piaculum crederent si intra eorum Cancellos non continerentur, & si ab ipsis latum unguem discederent; Pudeat inquam, si videant Papaverem Herculeum, ita ab ipsis appellari Herbam, non quod Papaveris maximas vireis haberet, sed quod passim in Campis inter agrestia Papavera proveniret. Si haec est dignoscendi herbas nota. Quot, quaeso, Herbae Papaveris nomine insigniri poterunt? Quare gratias habebimus, Dodonaeo, Clusio, Bauhinis, ceterisque summis Botanicis, qui repudiato servili illo studio Dioscoridis & Theophrasti in re Herbaria interpretandi, libros Primi scripserunt doctos quidem & laboriosos, quibus hanc facultatem ex ipsa Natura, non ex mutilis & otiosis Graecorum verbis, mirifice amplificarunt. Verum gratias maiores habebimus Columnae, & Caesalpino nostris, qui primi facem tulerunt Tournefortio, ceterisque, ut Plantas non a foliis, multo minus a loco natali, colore, ceterisque extrinsecis notis, sed a floribus, & fructibus distinguerentur, & in certas Classeis amandarentur, quo factum est ut facilior & expeditior Botanices scientia evaserit, licet tot Plantarum millibus onusta, quas Recentiorum Botanicorum industria ex universo pene Terrarum Orbe conquisivit. Verum Columna noster quando Phytobasanon scripserat nondum religione in Veteres erat spoliatus, neque Lyncei nomen adeptus, quare non a Natura, sed ut Adolescens xxv. Annorum & Iuris Doctor ita Herbas ex Dioscoridis & Teophrasti Libris, ut Leges ex Codice & ex Digestis interpretabatur.

PHYTEVMA DIOSCORIDIS TAB. XXII. 99

Scabiosa Capitulo globoso maior. C. B. P. 270.

FAcilem, probabilemque putarunt commentatores aliqui, Plinium sequuti, excusationem esse, quia Phyteumatis usus ad amatoria tantum utilis praescribitur, supervacaneum esse illius historiam describere, vel vestigare. Sed iis quidem difficilis fuit huius plan-

plantæ investigatio, iccirco ne viderentur parum diligentes, occasionem nacti, in ea quiescunt. Huius quidem plantæ historia brevissima est, sed notas principes habet, quod si quis diligens, atque studiosus Lanariam herbam invenerit, aut ex coniectura verborum ab antiquis relictorum idea consideraverit, facile illam, a foraminum fructus nota quibus dividi traditur, inveniet. At iis confisus signis plantam hanc describere studui.[1] Huius etymon etsi omnibus plantis commune videatur, quia φυτεύονται omnes; tamen φυτεύω, non tantum *plantare*, sed *producere*, *generare*, & *parere* significare traditur. Hæc cum ad amatoria maxime apta sit, & sic ad generationem, præ aliis[2] φύτευμα appellata est: φυτεύειν, non tantum πόας, & φυτὸν, sed etiam παῖδας, dicitur: unde Aristophanes,[3]

> Ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν, καὶ τρέφειν.
> *Postea filios oportet plantare, & nutrire.*

Et Diogenes, ut apud Laertium, liberis dans operam, *se hominem plantare* dicebat. Huius apud Dioscoridem hæc est delineatio[4]. φύτευμα φύλλα ἔχει ὅμοια στρουθίῳ, μικρότερα δέ: καρπὸν πολὺν τετρημένον. ῥίζαν μικράν, λεπτὴν ἐπιπόλαιον. *Phyteuma folia habet similia Struthio, minora vero: fructum copiosum perforatum: radicem parvam*, aliqui legunt, μακρὰν, *longam*, *tenuem*, *per summam terram*. Plinius vero usum tantum descripsit, de quo postea. Huic delineationi respondere videtur planta a me depicta, quæ radicem habet longam tenuem parum sub terram descendentem, oblique se propagantem, atque supra terram emicantem; ex qua folia exeunt parum hirsuta ex viridi albicantia, forma & divisura Iaceis vel Stoebis vulgo dictis similia,
100 verum prima folia latiora sunt, rotundioribus finibus erosa, minora vero. Postea caules edit cubitales, & bicubitales etiam, quibus per intervalla geniculis folia hærent ex opposito bina, tenuiora, magisque pinnata, ex quibus alæ exeunt, in quorum, & caulis summo longis petiolis incumbentia extant capitula florum purpureorum, ad cæruleum vergentium, similia Trifolio Bituminoso, vel magis plantæ Pycnocomon a me dictæ,[5] quæ hic toto anno propter cæli amœnitatem ubique viarum per margines florida visuntur, oculosque recreant, sed[6] Aestate magis: quibus decisis succedunt fructus plurimi circum compositi caput efformantes oblongum, ideoque Dioscorides dixit καρπὸν πολὺν, *fructum copiosum*: fructus hi diligenti naturæ industria sunt

(1) *Etymon*.
(2) *Nomen*.
(3) *In Vespis*.
(4) *Descriptio*.
(5) *Locus*.
(6) *Tempus*.

ſunt formati, ſinguli enim in imo quo cohærent, ſunt acutiores, in medio illorum craſſiores, e medio vero ad ſummum latiores fiunt, atque cartilagine quadam tenui lineis ſignata conſtructi: quos ſi inver-tes pilei formam, vel nolæ repræſentare videbis: latior enim pars & cartilaginea, limbum; reliquum pyramidalem formam, quæ pars tota circumfracta eſt per longum, in arcus, & pontes pervios, per quam eleganti ſtructura: atque ſi illos expreſſe pervios videre volue-ris, fructum aſpice plantæ maioris Hiſpanicæ ab Herbariis dictæ con-generis, qui cum ſit maior, maiora habet foramina, ita ut acus per-meet per ſingulos arcus: ſemen hoc plantæ Hiſpanicæ hirſutum in imo eſt, hoc differens a noſtrate. Hanc ſi coniecturæ indulgendum eſt, magis ſuæ reſpondere delineationi cenſeo: nec niſi lanaria herba certior ſit, atque diverſis foliis, de hac diſceptandum eſt amplius. Vires[1] non alias, quam ad amatoria utilem radicem eſſe, Dioſcorides deſcripſit. Plinius, ac ratione dixit;[2] *Phyteuma, qualis ſit, deſcribere ſupervacuum arbitror, cum ſit uſus eius tantum ad amatoria*. Sed certe ad aliud uti-lem eſſe poſſe cenſeo: nam non quia uſus erat ad amatoria tantum, vires alias quibus non utebantur, vel minime cognitas habebant, ha-bere non poterit. Quare non mirum ſi recentiores alias huic vires, & non ad amatoria, quorum uſus exolevit, cognovere ſub Scabioſæ nomine, quia ad Scabiem ſanandam, atque ſiccandam utilem illitam putant: an autem hoc vi calidi, vel frigidi, ſiccantis eveniat ignorare eos pe-nitus mihi videtur: [3] nam Pena & Lobellius viri docti, nunc ſimilem faciunt viribus plantæ Succiſæ, vel Diaboli morſus ab ipſis appel-latæ, a me vero Pycnocomon, acribus, atque cordi inimicis, nunc vero Cyaneis, Chondrillis, & Intybis[4], refrigerantibus, ſiccantibuſ- 101
que, ac cordi amicis. Sed vires hæ recentiorum plantis attributæ, ut contra venena, & peſtiferos morbos, Theriaca admixta ſint utiles; vel refrigerantes, atque conſtrigentes ſint, Plantagine, Equiſeto, & ſi-milibus immixtis, minime animo meo ſatisfaciunt, nam quælibet plan-ta niſi viribus ſit omnino contrariis, admixtis utilibus, efficere idem dici poteſt. In hac planta etſi aliquid amaritudinis inſit, non tamen acrem eſſe percipitur, quare non mirum ſi viribus ſiccantibus, & adſtringentibus eſſe aliqui dixerunt, qui Stœben Dioſcoridis eſſe pu-tarunt: atque Plantarum Auctor hiſtoriæ ait, *decoctum Scabioſæ mi-rum in modum eſſe efficax contra ſcabiem hauſtum, ſicuti & ſuccus illi-tus ſcabioſis corporibus*. Sed Scabioſis etſi extrinſecus calida, & ſicca, utilia ſint, non calefacientes, & acres ſyrupos, ſed refrigerantes, at-que ſiccantes exiberi ſcio: quod peritioribus atque huius facultatis

L ſtu-

(1) *Vires*.
(2) *Lib*. 27. *c*. 12.
(3) *Adverſ. c. de Scabioſa, & Succiſa*.
(4) *Obſervat. cap. de Cyaneo*.

ſtudioſis viris decernendum relinquo. Dioſcorides hanc ad amatoria utilem eſſe ſcripſit, ſed modum omiſit, quare incognitus adhuc erit, præſertim cum potius magica, quam phyſica facultate hoc efficere poſſit, ſicuti in aliis, quæ appenſæ collo, vel domui, vel tactæ, vel ſimili modo utiles ad aliquid eſſe prædicantur. Non eſt Phyteuma quæ ab aliis Matthiolo, & Pena deſcribitur, nulla quidem illarum fructus habet copioſos, ſed paucos contra Dioſcoridis ſententiam, qui *καρπὸν πολὺν* habere ait, nec folia habeat Struthii herbæ, quæ foliis pinnatis, & ex genere *ἀκανθοφύλλων*, atque Sonchi capite eſſe cenſetur Auctore Theophraſto[1], de qua ſupra diximus.

IANI PLANCI ADNOTATIO XIX.

SVperiore adnotatione vidimus Columnam in Phytobaſano, ut & Veteres Botanicos plerumque Dioſcoridis Admiratores Interpretis munere in herbis tradendis functos fuiſſe; ſed ita ipſi Herbas ex mutilis Dioſcoridis verbis interpretari cogebantur, ut Harioli potius quam Interpretes viderentur. Plinius qui Dioſcoridem magis exſcribit, quam interpretatur, quum viderit Phyteuma ab ipſo tantum ad amatoria praedicari, ſupervacuum eſſe dixit, ut hanc herbam deſcriberet. Ita verecundiae ſimulationc inſcitiam ſuam hoc loco, ut in aliis plurimis, occultavit. Matthiolus vero quamquam verba Plinii heic ſuppreſſo nomine exſcribat, tamen pro Phyteumate Dioſcoridis Rapunculum apponit. Verum, ut ait Marcellus Vergilius Florentinus Interpres facundus, & eruditus Dioſcoridis: non adeo amoribus infenſi ſumus, ut utilem eis herbam negligere penitus cogitemus. Ita reipſa ſenſit Matthiolus ipſe, qui Rapunculum, ut diximus pro Phyteumate appoſuit; Ita ſenſit & Columna noſter, qui Scabioſae hoc genus Dioſcoridis Textui accommodavit; Ita ſenſerunt vulgo alii Rei Herbariae Scriptores, qui pro Phyteumate Dioſcoridis Reſedam Plinii Ariminenſem herbam plerumque deſcripſerunt.

ERI-

(1) *Lib. 6. c. 3. Lib. 7. c. 9.*

ERINVS NICANDRI ET DIOSCORIDIS TAB. XXIII.

Campanula flore minore albicante ramosior. Moris. Hist. Oxon. P. 2. 456.

ERinon plantam hanc appellarunt Antiqui [1], quia lacteum succum habet, atque emittit Caprifici modo, quæ ἐρινεὸς a Græcis dicitur. Quapropter Plinius post Caprifici descriptionem, ita hanc subscripsit. [2] *Herba quoque quam Græci Erineon vocant, reddenda in hoc loco propter gentilitatem.* Et quia Ocimi folia antequam caulem edat habet, ut in Ocimoide observatur. Ocimoides, & quia 103
aquatica loca diligat, ὑδρηρὸν, dicta fuit. Dioscorides his notis depinxit: [3] Ἔρινος φύεται παρὰ ποταμοῖς καὶ κρήναις. φύλλα ἔχει ὠκίμῳ ὅμοια. μικρότερα δὲ καὶ ἐπεσχισμένα ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν. κλωνία δὲ ε΄ ἢ ς΄. σπιθαμιαῖα. ἄνθη λευκά. καρπὸν δὲ μέλανα, μικρὸν, στυφόν. ὀποῦ δὲ μεστός ἐστιν ὁ καυλὸς καὶ τὰ πέταλα. [4] *Erinus nascitur apud fluvios, & fontes: folia habet Ocimo similia, minora vero, & incisa in extremis partibus: ramulos quinque aut sex pedis altitudine: flores albos, fructum nigrum, parvum, & acerbum. Caulis & folia succo referta sunt.* Plinius ita transcripsit. [5] *Palmum alta est, cauliculis quinis fere, Ocimi similitudine, flos candidus, semen nigrum, parvum.* [6] His respondere videtur planta a me depicta, quæ non nisi locis aquosis, fontium, fluviorum ripis [7]; ac Vallibus, in Montium radicibus ubique hic frequentissima: radice constat carnosa non magna, parvum Rhaphanum æquantem ad summum, candida, gustu suavi ex dulci acerba, acetariis expetita; lactescente; in medio, vel imo parum extuberante, a quo folia exeunt primo Vere Ocimi foliis similia, minora vero, medii Ocimi foliis æqualia, per ambitum serrata, superne hirsuta parum, atque viridia, inferne vero lævia, atque polita, albidioraque; caules postea ab radice emittit plures, secundum loci, annique temperiem, pedales, vel maiores angulosos, hirsutos: quos folia absque petiolis alternatim circumdant, longiora admodum, angustioraque minusque serrata, ita ut qui viderit plantam sine caule, atque postea caule præditam, diversam absque dubio esse censeat; nisi domi cultam observaverit: folia quidem, quæ, antequam caules ederet, habebat terram tangentia, marcida eva-

L 2

(1) *Nomen, & Etymon.*
(2) *Lib.* 23. *c.* 7.
(3) *Lib.* 4.
(4) *Descriptio.*
(5) *Lib.* 23. *c.* 7.
(6) *Forma.*
(7) *Locus.*

evanefcunt, nec in illa amplius inveniuntur. Ex foliorum aliis ramuli exeunt, in quibus ficut in caulibus flores Maio exeunt petiolis parvis hærentes cavi, quinque divifuris in extremo diffecti, colore albicantes candidos flores & niveos obfervavimus in Valle, qua fluvius decurrit e montibus fupra ædiculam D. Nicolai, Anverfæ Sulmonenf. Diocefis, & Zagarolæ in Vinea Francifcanorum, & etiam purpurafcentes, intus thyrfum habentes qui in tres curvas partes dividitur: quibus ficcatis florum bafis extuberat, quæ hirfuta eft, & in quinque viridia foliola definit, femen perficiens [1] Iunio, & Iulio fufcum, minutum, compreffum, guftu acerbum, quod cum perfectum & ficcatum eft, per bafis foramina quæ tunc pervia funt decidit. Tota planta ex radice, ad florum calyces ufque lacte manat dulci difrupta. His igitur videtur, natali loco, forma foliorum, lactis copia & fapore, quæ notæ privatæ funt, fuæ delineationi refpondere. Huic Diofcorides has
104 vires tribuit. [2] *Huius femen drachmarum duarum pondere, ad mellis Cyathos quatuor admixtum, ad oculorum fluxiones fiftendas illinitur. At fuccus aurium dolorem fedat, cum fulphure vivo, & nitro inftillatus*, Plinius habet, *tritum cum melle Attico, oculorum epiphoris medetur: utcumque autem decerpta manat lacte multo, & dulci herba, per quam utilis aurium dolori, nitri exigui addito. Folia refiftunt veneni*s. Galenus Erinon non habet, fed Echinon herbam defcribit, ita ut Erinon referre videatur. Aegineta vero habet Erinon, & Echinon ex Galeno tranfcriptam, ita ut diverfa ab Erino effe cenfeat. *Erinos*, inquit, *aquatica herba eft, cuius feminis drachmæ duæ, cum mellis drachmis quatuor illitæ, oculorum fluxiones fiftunt, fuccus ad aurium dolorem facit*. Nec ut Diofcorides etiam, aliquid de vi propellendi venena tradit, quam Plinius addit, cum ait, *Folia refiftunt venenis*. Sed Nicander hanc vim in radice effe tradidit in Theriacis fuis, his verfibus.

Η'ὲ σύγ' ἠρύγγυιο καὶ ἀλθήεντος ἀκάνθου
'Ρίζαν λειήνεο, φέροις δ' ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος
Α'μφοῖν καὶ [3] χλοάοντος ἐν ἀρπέζαισιν ἐρίνου.
Sive tu Eryngii, & falubris Acanthi
Radicem tere, ferres vero æquum pondus
Amborum, & virentis in montis pede Erini.

Scholiaftes Nicandri Græcus hæc etiam de Erino refert. *Diocles in Rhizotomico ait effe fimilem Ocimo: prodeft adverfus venenofas beftias: nafcitur prope fluvios, & fontes, & loca aprica, & montium radices.* Ex quibus

(1) *Tempus.*
(2) *Vires.*
(3) *Alias* κλώθοντος *incumbentis.*

bus Nicandri & Dioclis verbis radicem refiftere venenis patet, atque hanc a me defcriptam plantam radicem habere, quæ fervari apta fit Dioclis fententia, quod in aliis Erinis ab aliis putatis minime perfpicitur. Non eft Erinus, quæ a Mathiolo depingitur mutila planta fine floribus, quam nemo nifi ab eodem depictam vidit, præter ipfum qui fe manus lacte infeciffe ea extirpata afferit. Sed certe folia ab ipfo depicta Diofcoridis Erinum non referunt, verba quidem illius non percepit, nam *folia incifa in fuperiore parte*, foliorum fcilicet intelligitur, non caulis ut perperam ficte depinxit: Diofcoridis verba hæc funt, καὶ ἐπεσχισμένα ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν, ut etiam in capite de Argemone obfervatur. Quare nec plantam illam Erinum, nec vera afferere eo loco cenfeo: non enim plures funt apud fluvios & fontes, montiumque radices orientes, quæ nobis aliifque veftigatoribus incognitæ fint. Nec 105
eft Erinus quæ a Pena & Lobellio refertur, nam nec iidem affeverant. Nec quam poftremo Dalechampius[1] proponit, foliis minime incifis, nec crenatis iuxta caulium faftigia ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν ἐπεσχισμένα, inquit Diofcorides, *in longum & anguftum veluti fiffis pene inftar Pinaftri*; ita idem vertit, an autem recte interpretatus fit, & vera fit ab ipfo depicta planta quilibet ex fupradictis iudicabit.

Iani Planci Adnotatio XX.

MAtthiolus, ut vidimus in fuperiore adnotatione Rapunculi genus pro Phyteumate Diofcoridis appofuit. Heic vero Columna Rapunculi efculenti genus pro Erino Diofcoridis apponit. Matthiolus vero, quum alius Rapunculus ei non fuppeteret, ut pro Erino apponeret, mutilam quamdam Herbam appofuit fine flore, & fructu, quam nemo, ut Fabius nofter ait, vidit, nifi ab eo depictam.

HIPPOPHÆSTVM VEL HIPPOPHAES DIOSCORIDIS TAB. XXIV.

Carduus Stellatus, five Calcitrapa I. B. 3. 89.

VAria non folum eft huius plantæ nomenclatio, fed eiusdem fcriptura: in aliquibus enim legitur[2] ἱππόφαιστον, ἱπποφυές, ἱπποφαὲς, & ὑπόφαιστον, *Hippophæftum*, & *Hippophaes*, in aliis *Hippope*, *Hippopæftum*, & *Hyppophæftum*, & *Hippophyes*. Ἱππόφαιστον dici poteft ἀπὸ τοῦ ἵππου[3], & φαίστος, ἀπὸ τοῦ φαίνομαι, *Hippophæftum*,

(1) *Hift. lib. 9. c. 171.*
(2) *Nomen.*
(3) *Etymon.*

ſtum, ſcilicet, valde ſplendidum, ἵππο quidem, *valde* ſignificat & augumentum, ut ἱπποσέλινον, & ſimilia, a Dioſcoride uſitatam compoſitionem, atque valde ſplendidam ſpinam appellarem, quod capitulis plantæ huius convenire videtur, læves quidem atque ſplendidæ in orbem circa capitula diſpoſitæ ſunt ſpinæ, unde vulgo *Stellaria* vocitatur; atque *Calcitrapa* etiam, quia cum ſpinis ſit pungentibus, atque duris, hominibus cæteriſque animantibus ipſam pedibus terentibus infeſta eſt. Quamobrem Plinii [1] in textu in quo corrupte legitur Hippope ſcriptum fuiſſe cenſeo eo loco, pro Hippope Hippopæſton; quod nomen ex ἵππο, & παίω, quod eſt ferio, conflatum videtur; unde valde feriens ſpina dici poſſet: quidam ſcribunt Hypopæſtum, nam Hypophæſtum, in Pauli AEginetæ codice legitur, & etiam in Plinio, & adverbio illo ὑπὸ, ſub ferientem ſpinam dicere oporteret, vel ſublucidam. Quare *Stellariæ* nomen, a lævitate ſpinarum, & forma, Calcitrapæ vero ab effectu, vulgo remanſit plantæ huic, atque antiquo nomini ἱππόπαιςον, vel ὑπόπαιςον, & ἱππόφαιςον, vel ὑπόφαιςον ſatis congruens. Plinius [2] ne harum plantarum Hippophyeos & Hippopes etymon ignoraſſe videretur, divinans ait, *Debent accommodatæ eſſe equorum naturæ, neque ex alia cauſa nomen*
106 *accepiſſe*. Mihi vero Hippophyes tantum nomen reſpondere videtur, nam ἱπποφυὲς, equis genitum, ſignificare videtur: atque non ἵππο ſed ἵππος interpretatur: Hippope vero, quam alio loco idem Plinius Hypophæſtum appellat, minime reſpondet, cum ὑπὸ non ἵππο, hahabeat. Huius notæ hæ ſunt apud Dioſcoridem [3]. Ἱππόφαιςον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο Ἱπποφαὲς καλοῦσι φύεται ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, ἐν οἷς καὶ τὸ Ἱπποφαὲς, καὶ αὐτὸ γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὕπαρχον. ἔςι δὲ χαμαιπετὲς, ἔχον μόνον φυλλάρια μικρὰ ἀκανθώδη, καὶ κεφάλια χαῦνα. οὔτε δὲ καυλὸν οὔτε ἄνθος φέρει. ῥίζαν δὲ παχεῖαν καὶ μαλαχὴν [4]. *Hippophæſton, quidam & hoc Hippophaes appellant. Naſcitur in iisdem locis quibus & Hippophaes, & ipſum fullonicæ ſpinæ ſpecies exiſtens. Eſt autem humile, ſolum habens folia parva ſpinoſa, capitulaque inania. Nec caulem, neque florem producit. Radicem habet craſſam, & mollem*. Plinius habet [5], *Eſt & altera Hippope, ſine caule ſine flore, foliis tantum minutis*. Et alibi de herbis quæ aliis innaſcuntur plantis loquens, ait [6]: *Quod vero in ſpina fullonia hypophæſton, calyculis inanibus, foliis parvis, radice alba, &c.* & alibi [7], *Hypophæſtum naſcitur in ſpinis, ex quibus fiunt æneæ*, (quidam legunt, *pilæ*,) *fulloniæ, ſine cauliculo, ſine flore, capitulis tantum ina-*

(1) *Lib.* 22. *c.* 12,
(2) *Lib.* 22. *c.* 12.
(3) *Lib.* 4.
(4) *Deſcriptio*.
(5) *Lib.* 22. *c.* 12.
(6) *Lib.* 16. *c. ult.*
(7) *Lib.* 27. *c.* 10.

inanibus, *&* *foliis parvis multis herbacei coloris*, *radiculas habens albas*,
molles, *&c.* Ex his poſtremis deſcriptionibus videtur Plinius dicere,
quod Hypophæſtum ſit alia res ſpinæ fulloniæ innaſcens, quod in
Dioſcoride & aliis non invenitur, quare cenſeo ipſum hallucinatum
his locis, & putaſſe aliquid huic plantæ innaſci ſicut in Thymo, quod
Epithymon vocatur, cuius altera ſpecies, Hippopheon dici aſſerit
idem Plinius [1], ibi, *Item Epithymum qui eſt flos e Thymo*, *Satureiæ ſi-
mili*. *Differentia*, *quod hic herbaceus eſt*, *alterius thymi albus*: *quidam
Hippopheon vocant*. De hoc Hypophæſto nihil habet Theophraſtus, etſi
alterum deſcribere videatur de *παρακανθοφύλλοις* loquens ibi [2] *οὐχ ὥ-
σπερ φλεὼς καὶ ἱππόφεος ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις*, in qua deſcriptione
Marcellus Virgilius, & qui Emblemata ſcripſit, atque Dalechampius
poſtremo errore decepti, verba ſequentia, quæ huic plantæ conveni-
re videbantur coniunxere: nec animadverterunt, deſcriptionem illam
Capparis delineationem atque naturam exprimere. Sed ad plantam
redeo atque quam depinxi ex omnibus adhuc cognitis etiam exoticis,
ſi quæ alia, reſpondere videtur Dioſcoridis delineationi. In arenoſis
prope litora atque tenuibus ſolis, freqventiſſima hic eſt, Autumni fi-
ne exit ex radice digitum vel magis craſſa [3], molli, ſuccoſa nervum
habente ut aliæ radices [4], duriuſculum, colore albeſcente longa pedem 108
Rhaphano ſimili, ex qua folia in orbem humi ſtrata emergunt, colo-
re viridia, hirſuta parum mollia reſpectu aliarum ſpinoſarum, par-
va admodum & laciniata profunde; per extremos ſinus veluti Sonchus
aculeos habentia quibus *ἀκανθώδη* eſſe dici poſſunt, ſed in Plinio
nihil de ſpinis in foliis habetur, atque in Dioſcoridis textu inter ver-
ba *μικρά*, & *ἀκανθώδη*, comma eſt ſignatum, quare Marcellus Vir-
gilius, *folia tantum parva*, *capitulaque ſpinoſa habens*, interpretatus eſt.
Sed cum ſit *γναφικὴ* ſpina, cuius uſus in vellicandis veſtibus ſit, quod
verbi *γνάφω* eſt proprium, unde *γνάφοι* dicuntur inſtrumenta quo
lanæ carminantur: ut Suidas habet *ὄργανον ἐν κύκλῳ κέντρα ἔχον* &c.
Interpres vero Ariſtoph. in Pluto, *κνάφος* vel *γνάφος ἀκανθῶδές τὶ*,
ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια: capitula etiam *ἀκανθώδη* eſſe videntur, quæ
hunc uſum facile præbere poſſunt, cum ſint in gyrum aculeata, at-
que veſtibus hærentia: unde Echinion, Lappaginem, vel minorem Lap-
pulam aliqui appellarunt, quæ etſi Hippophai ſint ſupra ſcripta,
huic tamen conveniunt; nam Hippophaes acinos habet molles, nec
aculeatos, & confuſæ ſunt in principio capitis huius nomenclaturæ,
in qua duæ plantæ deſcribuntur. In medio vero foliorum umbilico
No-

(1) *Lib.* 26, *c.* 8.
(2) *Lib.* 6, *c.* 5.
(3) *Locus*.
(4) *Forma*.

Novembri menſe inveniuntur in omnibus unicum,[1] vel plura veluti capitula, ſine caule, ſed inter folia hærentia, colore ex luteo albeſcentia, quæ nihil aliud ſunt, niſi ſpinæ, foliolorum modo exorientes, ac veluti folia noſtratis Aloës compoſita conſpiciuntur, alternatim aliæ inter alias exeuntes: nihil intus continentia, quare ideo χαῦνα, appellata ſunt, & planta χαμαιπετὴς, quam Plinius ſine caule, ſine flore, capitibus tantum inanibus eſſe ait. Nec eſt mirandum plantam hanc ita ab Antiquis mutilam deſcriptam fuiſſe, ſine caule, humilem & ſine flore, capitulis inanibus: nam hoc etſi iis vitio verti poſſit, cum plantas multas ſero caulem, vel florem edentes, ac etiam præcoces ſine caule atque flore deſcripſerint: tamen non ab re videtur factum; ſæpius enim, cum longo tempore caule & flore viduæ ſint, ſine illis inveniuntur; quare nota illis magis præcipua, atque congruenti, deſcriptæ videri poſſunt. Ex eo tempore ita humilis, capituloque inani, ad Aeſtatis initium uſque durat: atque exinde caulem incipit edere cubitalem hirſutum, ſed ſiccatus lævis efficitur: multis alis diviſus, ſin-
109 gulisque alarum finibus folia hærent tenuiora, inter quæ capitula exeunt ſpinis diviſa uti priora, ex viridi in purpureum luteum albicantemque colorem deſinentia, poſtea in ventrem ſive corpus extuberantia, quæ Aeſtate flores promunt purpuraſcentes Cyanoides ſed minutis πετάλοις refertos: quibus exactis ſemina perficiuntur pappo involuta Cnici modo, ſed minora admodum compreſſa, colore cinereo: guſtu amaro. Radicis ſapor, & odor ingratus, acris. Huic plantæ Dioſcorides has vires tribuit.[2] *Ex huius foliis, radice, & capite, expreſſum ſuccum*[3] *ſiccato, & pondus trium obolorum, cum aqua mulſa cui velis exhibeto. Per hunc enim purgatio, aquam & pituitam ducit. Privatim vero convenit. Orthopnœam, comitialem morbum, & nervorum affectionem patientibus hæc purgatio.* Plinius.[4] *Succus earum exprimitur Aeſtate ad ſolvendam alvum, tribus obolis, maxime in comitialibus morbis, & tremulis hydropicis. Contra vertigines, Orthopnœas, paralyſeis incipientes.* Huius ſicut ſuperioris non meminit Galenus: Paulus Æginета, quæ a Dioſcoride deſcribuntur, ad verbum fere tranſcripſit, nec amplius aliquid refert. Recentiores vero etſi plantæ huius ſucci collectione ut a Dioſcoride traditur non utantur, cum non ſit in uſu: ad alvum ſolvendam, decocto tamen radicis, atque ſemine contuſo plebeii utuntur ait Pena ad calculum exterendum, urinaſque ciendas, cui tanta vis, ut etiam anaſtomoſi facta venarum emulgentium, aut ureterum, cruentum lotium proliciat. Non eſt Hippophæſtum quod Planta-

(1) *Tempus.*
(2) *Vires.*
(3) *χυλίσας, ζήραινε non ὀπιζομένη, ut in Hippophaë.*
(4) *Lib. 27. c. 10.*

tarum Auctor depingit, nam & ipſemet illud affirmare noluit, cum ab hiſtoria ſua ſatis diſcrepet. Hanc Dalechampius pro Theophraſti Myacantha affert ratione motus, quia ſpinas iuxta folia habet, atque ideo ſit ex παρακανθοφύλλων genere, inter quæ Myacantha a Theophraſto [1] numeratur, abſque aliqua plantæ nota alia; ſed Myacantha auctoribus Dioſcoride, Plinio, & aliis ex genere Aſparagorum eſt, quare ſi coniecturæ indulgendum eſt, potius Aſparagi ſpeciem Corrudam tertiam a Carolo Cluſio depictam pro Myacantha afferrem [2], quæ, *cubitales*, inquit, *habet virgas, ramoſas, candidas lignoſas & priori ſimiles, firmis, canditantibus & deorſum ſpectantibus ſpinis alternatim, & ſecundum virgarum ramorumque inæqualium inflexionem horridas: ad quas quina aut ſena folia ſimul & ex eodem capite prodeunt, prioris ſpeciei foliis longiora, molliora que, quæ commanducata ſubdulcia, & aliquantulum gummoſa deprehenduntur: flos inter folia ex alarum ſinu longo tenuique pediculo dependet ex viridi palleſcens: deinde fructus propemodum rotundus, qui tricoccus* 110 *videtur (tametſi unicum granum in ſe contineat, raro bina, foris nigrum, intus candidum firmum, uti in ſuperioribus,) initio virens, per maturitatem rubeſcens, & carnoſus, ſive ſuccum & pulpam continens lentam & viſcidam: radice firmatur multiplici, veluti alii ſylveſtres Aſparagi, longa, craſſa, intus alba, foris flavescente. Fert aliquot thyrſos, qui aliorum Aſparagorum modo manduntur crudi, & cocti cum oleo, aceto, & ſale. Nuſquam abundantius, quam ſupra Olyſiponem ſalebroſis locis iuxta vias non procul a Tago obſervavi: naſcitur tamen & aliis Luſitaniæ locis, & tota fere Bætica, Octobri fructu maturo inveni, & raros etiam hinc inde ſparſos flores.*

IANI PLANCI ADNOTATIO XXI.

QVam rotundis vocibus Columna Hippophaeſtum, & Hippophaën vocitavit, duplices ſane Dioſcoridi Herbas, unicam vero Columnae, ut ex eius Pictura apparet, Carduum Stellatum reliqui Rei Herbariae Scriptores appellarunt, & Calcitrapam nonnulli, vel *Caccatreppola*, ut Matthiolus vulgo appellant, quod quaſi, ut ait Caeſalpinus Cacotribulus ſit, ideſt infeſtus hominibus Tribulus. Capitula enim eius ſtellata, & ſpinis acutis, & rigidis valde infeſta ſunt venatoribus, niſi ἀκνήμιδες eant, ſeu bene ocreati, ut Graeci ad Ilium milites. Folia habet Papaveris erratici, ut ait Caſparus Bauhinus, ſed melius dixiſſet Erucae, cui per quam ſimilia ſunt folia Reſedae cuiusdam, ut Moriſonus notavit, quae Reſeda vulgatiſſima Arimini eſt, propterea inter Reſedas primo loco cenſeo reponendam, utpote quae paſ-

(1) *Lib.* 6. *c.* 4. (2) *Lib.* 2. *hiſt. rarior. ſtirpium cap.* 83.

ſim per Ariminenſe ſolum vagetur, reliquae vero Reſedae ibi ſint rarae, & fere ignotae. Reſeda igitur Calcitrapae folio erit Pliniana Ariminenſis Herba.

APOCYNVM DIOSCORIDIS TAB. XXV.

Aſclepias albo flore C. B. P. 303.

PLantarum pleræque nomen ab inventore acceperunt, eoque deinceps nomine appellatæ fuerunt: aliæ a loco, in quo naſcuntur, plurimæ vero a vi vel effectu, inter quæ eſt hæc connumeranda: quæ quia canes interimit, nomen a canibus habet: [1] ἀπὸ τοῦ κυνὸς, ἀπόκυνον dicta: cui vi reſpondent etiam nomina alia, *κύναγχον*, *κυνόμορον*, *κυνοκτόνον*, & *κυνοκράμβη*. addiderunt etiam a vi necandi Pantheras, *παρδαλιανχές*. Hanc vero, ut ab hominibus caveatur, quia venenoſa ſit, atque ne pro Aſclepiade, a ſimilitudine decepti accipiant, Dioſcorides ut alia quædam venenoſa diligenter deſcripſit: atque notam illi privatam ab Aſclepiade alienam adſcripſit, luteum ſcilicet ſuccum, quo turgere aſſerit: eius verba ſunt hæc: [2] *Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κυνόμορον, οἱ δὲ κυνοκράμβην καλοῦσι, ἔρνος ἐστὶ ῥάβδους ἔχων μακρὰς, λυγώδεις, δυσραύστους, φύλλα κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα δὲ καὶ ὀξύτερα κατ' ἄκρον, βαρύοσμα, ὑπόγλισχρα ὀποῦ μεστὰ μηλίνου. καρπὸς δὲ ὡσεὶ λοβὸς κυάμων περὶ δακτύλου τὸ μῆκος, θυλακώδης, ἐφ' ὧν σπερμάτια σκληρὰ, σμικρὰ, μέλανα. Apocynum ſive Cynocrambe frutex eſt virgas habens longas, flexibiles*, in aliquibus legitur *δυσώδεις*, *ſcilicet graveolentes, frangenti contumaces: folia Hederæ ſimilia, molliora vero & acutiora in ſummo, graveolentia, ſubviſcoſa, ſucco referta melino. Fructum ut ſiliquam Fabarum digiti fere longitudine, folliculi ſpecie, in quibus ſemina, (Marcelli textus habet λευκὰ, alba ſcilicet,) dura parva, & nigra*. Plinius vero habet: [3] *Frutex eſt folio Hederæ,*
112 *molliore tamen, & minus longis viticulis, ſemine acuto, diviſo, lanuginoſo, gravi odore*. Nec aliquid de ſucco luteo refert, non mirum quidem eſt, nam aliis rebus gravioribus incumbere oportebat. Sic & Dalechampius atque Lobellius nullo facultatis facto periculo, quia planta hæc ſimilis erat Aſclepiadi, niſi quod ſuccum luteum, & flores haberet fuſcos, Aſclepiadem eſſe ſcripſerunt. Cur potius cum ſimilis ſit etiam facie Apocynis aliis, & forſan eadem cum Apocyno non repente, floribus tantum colore diverſis habeatque luteum ſuccum, non A-

po-

(1) *Nomen.*
(2) *Deſcriptio.*
(3) *Lib. 24. c. 11.*

pocynum eſt denominanda? Infœlix quidem eſt hominum natura, alienis erroribus ſuppoſita, quibus vitam cum morte commutari accidit. Huius quidem forma hæc eſt. [1] Radice nititur fibroſa Aſclepiadi non diſſimili, viticulis flexilibus, lævibus, longis, quælibet fulcra, aut alia ipſi propinqua ſcandit non minus quam alterum Apocynum, quatuor cubita vel magis longitudine æquans extenditur, folia habet hederacea, mollia, viridia, lævia Aſclepiadi ſimilia nonnihil in ſummo acuminata: flores Apocyno repenti vulgari ſimiles, ſed colore pullo, parum in purpureum vergente, quamobrem nigrum florem habere dicitur. Siliquas, & ſemina pappoſa uti aliud vulgare apocynum compreſſa & nigra Auguſto menſe perficit. Succo turget luteo, ingrato uti tota planta. [2] Hanc naſci in collibus Monſpellienſis agri Frontignanæ vicinis, tradit Lobellius, ſub nigræ Aſclepiadis nomine, quod an recte impoſitum ſit iam demonſtravi. Hanc vires Dioſcorides has habere tradit.[3] Huius folia cum adipe ſubacta, in panes efformata, & obiecta, occidunt *canes, lupos, vulpes, pantheras. Statim enim coxendices ipſorum reſolvunt.* In Plinio vero legitur. *Sic & pleureticos, & omnes lateris dolores, Apocyni ſemen ex aqua. Frutex &c. Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum.* Ex his videtur, homini ſalutare, quadrupedibus venenum eſſe, Galenus vero contradicere videtur, ait enim [4] *Apocynum, aut Cynocrambe. Vocant autem quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrime interimit, ſicut Lycoctonum Lupos. Eſt autem hominibus venenum: herba multum graviter olens: proinde omnino calida eſt non inſtrenue, non tamen proportione deſiccat. Itaque illita admodum digerentis eſt facultatis.* Aliqui non abs re Plinium interpretantur, ut Apocyni ſemen ex aqua intelligatur impoſitum, non intro ſumptum nam 113
digerendi cum habeat facultatem, poterit lateris dolores ſanare, & ſi omnes dicat: ſed certe intro ſumptum Plinius intelligere videtur, cum ad ſuperiorum ſimilitudinem dicat, *Sic, &*, &c. Hoc tamen periclitatoribus eſt relinquendum. Obſervandum denique eſt, quod Emblematum Scriptor, & Auctor Plantarum illum ſequutus tradiderunt non quidem meo iudicio recte: legunt enim textum Dioſcoridis hoc modo: *Huius folia* cum farina in panes coacta. Græce vero *ταύτης τὰ φύλλα σὺν στέατι ἀρτοποιηθέντα.* Plantarum vero Auctor corrigit etiam ſequutus latinam interpretationem ſuperiorem, & pro *στέατι*, *σταιτὶ*, legendum ſtatuit, quibus reſpondendum eſt, textuum perverſores & malos interpretes eſſe. Textum vero Dioſcoridis ſemper & multos quos habeo variis locis editos, habere *σὺν στέατι*, adipe ſcilicet, *στέαρ*, *στέατος*, Adeps interpretatur: non autem *σταιτί*, ab

(1) *Forma.*
(2) *Locus.*
(3) *Vires.*
(4) *Lib. 6. de ſimpl. med. fac.*

ab *ςαίς ςαιτὸς*, quod farinam ſignificat, aqua ſubactam. Item canes folia Apocyni graveolentia farina mixta non tam facile niſi fame pereant, edere velle eſt cenſendum; Adipe vero allecti facile etſi cibum non appetant, folia ipſo commixta decepti a pinguedine comedent; non enim nec farina, nec adeps interimunt, quæ alias alunt canes, ſed folia Apocyni: quæ ut canis avide ac multa devoret, aliqua re cani grata, & ſic adipe commiſcenda, & in globulos placentaſque panis modo conformanda ſunt. Hæc recta mea ſententia videntur.

PHV DIOSCORIDIS TAB. XXVI.

Valeriana Sylveſtris maior C. B. P. 164.

NOn potuit Dioſcorides, proprioribus notis omnibus, atque privatim, a radice ad flores uſque, plantam Phu deſcribere: atque ſi in omnibus [Deo optimo maximo placuiſſet] aliarum plantarum deſcriptionibus ita accurate illarum hiſtoriam tradidiſſet; profecto nec planta foret ulla, quæ nobis nota non fuiſſet. Huius deſcriptionem tam claram, atque plantam hanc celebrem, cuius radix in Theriacæ compoſitione non minima doſi commiſceri debet, neſcio quomodo tantorum virorum adhuc nemo animadverterit: immo quod
115 peius, omnes unica voce Valerianam maiorem dictam ab iisdem, pro Dioſcoridis Phu uſurpant, non ſolum putantes congruere deſcriptioni Dioſcoridis, atque genuinam eſſe, ſed illius textum in aliquibus poſtremo iuxta Valerianæ dictæ formam emendare volunt, impendio moroſiores, qui illam negant eſſe Dioſcoridis Phu, iudicantes: atque minorem Valerianam ſic dictam, ſive ſylveſtrem refellentes; quam, etſi foliis Dioſcoridis Phu quadret, dicunt, non tamen radice, & reliquis, non ſine gravi errore. Hoc autem imputandum negligentiæ collationis textus Dioſcoridis, cum planta ab ipſis propoſita: vel dicendum, verba Dioſcoridis, nedum ſenſum hoc loco eos non intellexiſſe, ut ex ſequentibus apparebit. Ait enim Dioſcorides:[1] Φοῦ, *οἱ δὲ, καὶ τοῦτο ἀγρίαν νάρδον καλοῦσι, γεννᾶται μὲν ἐν πόντῳ, φύλλα δὲ ἐλαφοβόσκῳ ἢ ἱπποσελίνῳ παραπλήσια ἔχει, καυλὸν πηχυαῖον, ἢ μείζω, λεῖον, ξυφερὸν, ἐμπόρφυρον, μεσόκοιλον, διειλημμένον γόνασιν, ἄνθη πρὸς τὰ τοῦ ναρκίσσου, μικρότερα δὲ, καὶ ξυφερώτερα, καὶ ἐν τῷ ὑπολεύκῳ διαπόρφυρα, ῥίζα δὲ ἡ μὲν ἀνωτέρω, περὶ δακτύλου μικροῦ τὸ πάχος, πλάγια δὲ ἐπιῤῥίζια ἔχει καθάπερ σχοῖνος ἢ μέλας ἐλλέβορος, ἀλλήλοις ἐπιπεπλεγμένα, ὑπόξανθα, εὐώδη, ναρδίζοντα τῇ ὀσμῇ, μετά τινος βάρους βρωμώ·*

(1) *Lib.* 1. *Nomen. Deſcriptio.*

μώδους. Phu, quod & ipſum aliqui ſylveſtrem Nardum appellant: naſcitur in Ponto. Folia quidem habet Elaphoboſco, aut Hippoſelino ſimilia: caulem cubitalem, aut maiorem, lævem, tenerum, purpuraſcentem, cavum, geniculis diſtinctum; flores ad Narciſſi flores accedentes, minores tamen, & teneriores, ex albicante purpureos. Radix vero ſuperius craſſitie eſt circa parvum digitum, habet quidem obliquas fibras, velut Iuncus, aut niger Elleborus, ad invicem complicatas, ſubflavas, bene olentes, Nardum cum odoris gravitate quadam referentes. Cui deſcriptioni quantum reſpondeat planta Valeriana minor, ſive ſylveſtris dicta, a me propoſita ab omnibus reiecta, quantumque ab eiſdem recepta abſit, ex ſequentibus patebit. [1] Habet quidem hæc folia, ut etiam Dioſcoridis delineationi reſpondeat hiſtoria, Hippoſelino, ſed poſitu Elaphoboſco ſimilia, plura tamen utrinque pinnatim, ex oppoſito longo petiolo hærentia, ut in Sio aquatico, per ambitum magis laciniosa, ſed aliquando paucis, vel nullis inciſuris diviſa, humi inclinata: caulem cubitalem, aut etiam maiorem, qui annis, & cultu ad hominis proceritatem aſſurgit, rotundum, ſed aliquando in imo tantum hirſutum, poſtea totum lævem, ſtriatum, cavum, tenerum, purpuraſcentem, ut etiam foliorum petioli circa radices: geniculis diſtinctum, in quibus ſingu- 116
lis bini foliorum ordines, ex adverſo, & etiam aliquando terni, ut in foliis Lyſimachiæ luteæ viſitur, illum cingunt: in ſummo vero flores plurimos habet, velut umbellatim confertos, ut Nardum montanum radice bulboſa, & Valeriana maior dicta, parvos admodum, oblongos, cavos, in quinque foliola deſinentes, atque exeuntes ex ſingulis vaſculis ovalibus, forma ampullæ oleariæ fictilis compreſſæ: quibus, floribus deciſis, labia intumeſcunt, quæ denique in lanuginem ſolvuntur, in gyrum apertam; & vaſcula illa, quæ eadem ſemina ſunt, ſiccata decidunt, atque lanugine illa ex labiis procedente, ut alia pappoſa ſemina evolant. Florum color ex albo purpuraſcit: forma vero Narciſſi flores imitari videntur: nam & Narciſſi flores habent in ipſorum imo illud extuberans, ubi continetur ſemen, & deinde tenuiores in quinque aut ſex foliola deſinunt: nec amplius in florum Narciſſi collatione eſt aliud requirendum, nam Dioſcorides, non poſitum florum, ſed illorum formam ſimilem Narciſſi floribus eſſe tradidit: teneriores ſunt, & minores admodum, atque hoc loco omnes conſentiunt, & veritas eſt, ut corrigi debeat Textus Dioſcoridis corruptus, & pro, μείζω, μικρότερα, legendum ſit, niſi potius νάρδῳ pro ναρκίσσῳ, Nardo pro Narciſſo ſit reponendum. Radicem habet in ſuperiore ſui parte, ex qua ſcilicet caulis erumpit, craſſam inſtar digiti parvi, quam plures carnoſæ fibræ, idem principium habentes, ut Iuncus, & niger El-

le-

(1) *Forma.*

leborus, quibus Dioſcorides comparat (Ellebori quidem utriuſque ra-
dices, ut idem Dioſcorides deſcripſit, a quodam parvo capitulo Cepæ
ſimili pendentes conſpiciuntur, atque radices eſſe non fibras dixit, i-
bi ῥίζαι, &c. οἱονεὶ ἀπό τινος κεφαλίου κρομμυώδους ἠρτημέναι.) aliæ,
ſuper aliis ordine diſpoſitæ, ternae, quaternæve, oblique nitentes, circun-
dant: ſed quæ aliis incumbentes viſuntur, in quinque, pluresve partes ra-
dicis orbem dividunt, ut ſtellam pene diviſura repræſentent. Parum
ſub terra & lateraliter ſemper nitentes inveniuntur, atque oblique re-
pentes ſe quotannis propagant; & radix novella, vetuſtiori complica-
tur, ut etiam in Elleboro obſervatur: quare ſi verba illa Græce, ῥίζα
δὲ ἡ μὲν ἀνωτέρω, περὶ δακτύλου μικροῦ τὸ πάχος· πλάγια δὲ ἐπιρρί-
ζια ἔχει καθάπερ σχοῖνος, ἢ μέλας ἐλλέβορος, ἀλλήλοις ἐπιπεπλεγμέ-
να, &c. conſiderentur, nihil aliud, nullamque alterius plantæ radicem
deſcribere videbuntur. Colore ſubpallidas, ſiccas vero magis flavas,
117 odoratas, Nardum, ſed hircina quadam gravitate admixta, referentes,
unde Phu nomen eſt adepta: nam quiſque odoris graveolentiam ab-
horrens ſtatim *Phu*, ſonitum natura exprimit. Nec poteſt intelligi, ut
radicis pars ſuperior aliquo pacto ſit obliqua Ruſci modo, cuius ra-
dice Phu adulterari habetur in Dioſcoride; nam reſpondetur, ſi Ru-
ſco fuiſſet ſimilis in totum, non Iunco, & Elleboro ſimilem Dioſcorides
feciſſet, quibus ex uno principio veluti capite, fibræ obliquæ produ-
cuntur, ſed Ruſci modo obliquam, & geniculatam, (dum vetuſtior
eſt, Ruſci radix) dixiſſet: item non ſuperior radicis pars in Phu eſt
obliqua, ſed tantum fibræ oblique per terram feruntur, atque tota ra-
dix ſimilior eſt Iunci, & Ellebori radici, ut iam dixi, & facilius adul-
terari poteſt radix Phu, Ruſci novella radice, cum forma minus a ra-
dice Phu diſtet, differt quidem quia fibræ Ruſci difficillime poſſunt
frangi, & minus in pulverem reduci, quod contra eſt in Phu radice,
quæ facillime & frangitur, atque tunditur. Quantum vero Ruſci ra-
dix (vetuſtiſſima eſſe oportet, ut Valerianæ maioris dictæ radice æ-
mulari poſſit) colore, nam albo, non flavo eſt, geniculis, atque mul-
titudine oculorum, quibus non in rectum producitur, ut dicta Vale-
riana, ſed ſpicati operis obliquam lineam repræſentans, differat ab
illorum Valeriana maiore, quiſque, radicis plantæ utriuſque conſpe-
ctione, cognoſcere poterit: non dico a Dioſcoridis deſcriptione abhor-
ret: qui cum deſignare voluit radicem obliquam geniculatam, & ſum-
mo cæſpite nitentem, ut Acori radicem, atque Aſari, & ſimilium, ra-
dicem obliquam dixit, non fibras. ῥίζαν πλαγίαν, non ἐπιρρίζια πλά-
για, ſcripſit: quæ alias ῥίζας appellavit. Quare reiicienda eſt illorum
ſententia, qui putarunt ſummam radicem Phu debere oblique ſpargi;

Pli-

Plinii forſan textu moti, qui ait,[1] *radice obliqua, villoſaque, & imitante avium pedes*: & dicunt radicis partem ſuperiorem obliquam eſſe debere, quibus reſpondeo villos ἐπιῤῥίζια, non ῥίζαν, Dioſcoridis ſententiam oblique ſpargi debere: & ſic ſi, & pars ſuperior radicis obliqua ſit, & fibræ, nullum poſſe e terra alimentum trahere; cum utræque partes ſupra terram ferantur, nam & Valerianæ maioris dictæ pars obliqua, & ſuperior, ſemper ſupra terram emicat, & ſi obruatur, ſtatim marceſcit. Neque poterunt aliquam cum avium pedibus ſimilitudinem afferre. Quare Plinius, quia nunc brevius plantæ Phu deſcriptionem reliquit, ex Dioſcoride, ex quo tranſcripſiſſe cenſetur, iisdem eſt 118
interpretandus: ut ſcilicet intelligatur tota radix obliqua, quæ eadem villis eſt diviſa: villos quidem Plinius non ſolum hoc loco, ſed in Aſtragali deſcriptione, cui villoſam dixit eſſe radicem, & alibi, craſſas fibras intelligit. Nullam quidem habet radicem potiorem, ſed omnes fibræ ſunt radices quas Dioſcorides verbo ἐπιῤῥίζια, recte expreſſit, atque πλάγια, eſſe dixit, ſicuti in planta a me propoſita viſitur, non autem aliam radicis partem obliquam intellexit; ex quo percipitur omnes illas fibras eſſe radices, nec magis præcipua illarum una alteri erit, ſed omnes illæ ſimul radicem conficere, ut in Elleboro, & aliis conſimilibus, ideoque ἐπιῤῥίζια denominavit. Hoc autem cognoſcitur, nam ſi quam velis ex illis radiculis demas, nihil detrimenti plantæ afferes, immo ſi unicam relinques, non ideo planta evaneſcet, ſed repullulabit: hoc amplius addo, quod pluries obſervavi in hac planta, unica ex illis radiculis ſata, paucis poſt diebus folia emergere, atque deinde ſe in latum propagare, atque ἐπιῤῥίζια reponere, ſemper enim oblique feruntur oculos emittentes, quotannis ita ſe propagantes; vivaces quidem ſuntadmodum. Huius vero plantæ novella radix perbelle avium pedes exprimere videtur, [etſi Plantarum Auctor Plinium emendare voluerit, ut quod ille latine, *avium pedes*, expreſſit, ſit verſio græci textus, τῶς τῶν ὀρνίθων πόδας, corrupti; quem corrigendum iudicat, atque pro, ὀρνίθων πόδας, μελαμπόδιον, reponendum, latine vero *Melampodion*, quod nomen eſt Ellebori, Melampodii nomine appellati, quia primus Melampus paſtor, illius vim purgatricem invenerit, qua filias Prœti inſanientes ad priſtinam reſtituit ſanitatem, ut idem Dioſcorides narrat:[2] & ſic Elleboro ſimilis erit meam ſententiam adiuvans:] nam quatuor, vel quinque fibras habere invenies carnoſas, obliquas natura, quæ expanſis digitis, pedes avium repræſentant, quod ſi quis veritatis ſtudioſus videre voluerit, vere cognoſcet in plantæ a me propoſitæ radice novella, atque etiam in vetuſtiore, ſed in illa plures inveniet eodem ordine fibras compoſitas: quod in

(1) *Lib.* 12. *c.* 12. (2) *Lib.* 4. *c. de Ellebor. nigro.*

in radice Valerianæ ab ipſis receptæ, nullo modo nec artificioſe ex-torta inveniet, nec Dioſcoridis textu qualicumque verſione perſuade-ri poterit. Quare ſublato radicis argumento, quo am omnes halluci-
119 nati ſunt, ſi recte conſiderentur reliquæ partes Valerianæ ab ipſis re-ceptæ, multo minus Dioſcoridis textui reſpondere videbuntur: & iam radicis cum textu collatione facta, & reiecta, ad folia venio, quæ nul-lam cum Oluſatro, & Elaphoboſco ſimilitudinem habent Nardum mon-tanum ad unguem, & Eryngii folia, atque totum plantæ habitum re-ferunt: quam ſi Dioſcorides deſcribere voluiſſet ſimilem foliis Nardo montano, non Elaphoboſco dixiſſet, atque radice tantum non bulbo-ſa differre, ſed obliqua & geniculata: prima namque folia oblonga ſunt Plantaginis forma non laciniata: quæ vero cauli hærent profundis Erucæ aut Scabioſæ vulgo dictæ laciniis, atque Eryngio non diſſimilibus, ſunt diviſa, ut in Nardo montano viſitur. Non n. a principio ante caulis eruptionem quem ſero & poſt annum immo biennium edit, ex adver-ſo pinnatim petiolo hærent folia, ut in Elaphoboſco, & Sio aquatico, quod ſimile foliis eſt Hippoſelino Dioſcoridis iudicio: forma vero Hip-poſelino accedentia, ut in planta, a me propoſita, quæ a principio in lobos diviſa ſunt per ambitum ſerratos ut Hippoſelini folia & Ela-phoboſci: mirorque quibus oculis, quave mente hæc viderint, nobiſ-que tradiderint: caulem neque aliquando mihi, amiciſque contigit, rubeſcentem videre, multis plantis conſpectis, illum quidem ſemper co-lore cinereo Braſſicæ, & Nardo montano ſimilem, permanentem. Quod contra eſt in caule plantæ a me propoſitæ, qui ſemper, & ad flores uſque ex viridi purpuraſcit, flores item non ut planta a me deſcripta purpuraſcunt, ſed vel dilutius, vel nihil. Quare Valerianam illam ma-iorem appellatam vulgo, Nardi montani ſpeciem non bulboſam, & for-ſan eandem cum Hirculo, radice Celtico Nardo ſimili potius iudica-rem: quod ſi quis novellam illius plantam, quæ cum ſit parva ſine caule eſt, conſideret: non diſſentiet ſimilem eſſe Celtico Nardo, ſed minorem, neque ita amaram, neque ut Nardum Celticum verum odo-rem remittentem, ſed hircinum quid, ut etiam ſylveſtris hæc Valeria-na redolentem: colore magis pallido: quæ ſatis reſpondere videtur hiſtoriæ a Dioſcoride traditæ, ait enim: [1] *Adulteratur autem ſimul e-vulſa*, aliqui legunt, *impoſita cum ipſa, herba ſimili; quam propter odo-ris viroſi olentiam, Hircum appellant. Facilis tamen eſt cognitio. Eſt e-nim ſine caule herba, & candidior, & minus oblonga folia habet, neque radicem amaram, aut aroma redolentem, quemadmodum verum Celti-cum Nardum, habet.* [2] Plinius *cum Gallico Nardo ſemper naſcitur herba, quæ Hirculus vocatur, a gravitate odoris, & ſimilitudine, qua maxime a-dul-*

(1) *Lib. 1. c. de Nardo Celtico.* (2) *Lib. 12. c. 12.*

dulteratur. Distat quod sine cauliculo est, & quod minoribus foliis, quodque radices, neque amaræ, neque odoratæ. Non enim amarorem, neque odorem habere poterit tam parva planta atque imperfecta, uti maior, & perfecta planta. Quibus sic expositis planta a me proposita, Phu verum, atque genuinum Dioscoridis est posthac appellandum, atque in medicamentis utendum, altera ab aliis primum eo nomine insignita falso, aliis usibus reponenda, cum iam non illam, sed quam proposui Dioscoridis delineationi magis respondere contra omnium sententiam demonstraverim. [1] Floret Maio mense, atque Iulio perficitur. In montibus, [2] collibusque non aridis, sed aliquantum umbrosis, atque etiam uliginosis & pratensibus hic frequens. Huius plantæ radicis odor, atque sapor longe superat Valerianam maiorem sic dictam: atque ut ait Dioscorides. [3] *Vim habet calefaciendi, & ciendi urinas, arida pota: sed & decoctum ipsius idem efficere potest. Facit etiam ad lateris dolorem, & menses ducit, & antidotis miscetur.* Galenus vero, [4] *Phu, aromatica quodammodo est huius herbæ radix, Nardo viribus similis: sed tamen ad pleraque infirmior, urinas movet plus quam Indica, aut Syriaca Nardus, perinde ut Gallica.* Recentiores vero sub nomine Valerianæ sylvestris has vires tribuunt. *Ruptis, vulsis, ex alto devolutis opem fert. Decoquuntur folia ad aphthas, & oris ulcera. Antidotis item inseritur.* Præter has vires plantæ huic tributas, addo & hanc proprietatem, iamdiu in multis, atque memetipso expertam, ut pulveris radicis plantæ huius sponte ortæ, extirpatæ antequam caulem edat, cochlearii dimidium cum vino, aqua, lacte, aut alio quovis decenti succo, & ægroti commoditate, & ætate, semel sumptum, aut bis, Epilepsia correptos liberet. Hanc exhibendam pueris, & præsertim infantibus, hoc morbo facile laborant, quibus lacte propinandum pulverem iussi, amicis dono dedi: qui deinde, Divino prius numine fautore glorificato, pulvere huius plantæ illis restitutam sanitatem affirmarunt. Hoc & aliis adultis nonnullis.

Iani Planci Adnotatio XXII.

Valeriana sylvestri maiore, quam ob odoris gravitatem Phu dixerunt Veteres Graeci Rei Herbariae Scriptores, quod inconditam hanc vocem ore & naso aversantes emittant, qui eius Radicem olfaciunt, merito Fabius noster Phytobasanon suum claudit. Hæc enim Herbaria Trutina, seu Torturam dicas (id enim est Φυτοβασάνε Nominis etymon) eo pervenit Fabius, quo ab initio in expendendis

N Plan-

(1) *Tempus.*
(2) *Locus.*
(3) *Vires.*
(4) *Lib. 8. de simpl. med. fac.*

Plantis Antiquorum optaverat, ut eae nempe optime dignoſcerentur, Remediaque certa ab iisdemmet Veteribus propoſita pararentur. Factum eſt igitur in ſe ipſo per hanc Plantam utrumque; Nam & Herba vulgata eſt, & ex ipſa Remedium nobiliſſimum paratum, quo Comitialis Morbus Sacer ſane, Magnus ſcilicet, & Herculeus vocatus depelleretur, tum a ſe ipſo, tum ab aliis permultis. Marchantius in Actis Academiae Pariſienſis anni 1706. teſtatum reliquit a Fabio noſtro Plantam hanc hoc loco edoctus, ut tres Adoleſcentes Comitiali Morbo per eam omnino ſint ſanati, & aliis quampluribus Morbus lenitus, rariorque & minus incommodus factus. Apud ipſum igitur loco citato modus varius videatur, quo Herba colligitur, Aegriſque exhibetur. Ceterum non omino hac Herba tantum Epilepſia convaluiſſe Fabium noſtrum arbitror, ſed variatione ſimul Aetatis, & Locorum, ceterarumque rerum, quas memorat Hippocrates in Aphoriſmis ſuis. Et inſuper Remedio illo Divino, quod in Praefatione huius Libri unice memorat, & heic iterum repetit, praecipue factum eſſe opinor, ut in Iuventute ſanaretur. Dico in Iuventute; nam ſenex factus par eſt ut credamus iterum in Comitialem Morbum incidiſſe, quum, ut in eius Vita vidimus, Scientiarum omnium ita oblitus fuerit, ut Ἀναλφάβητος prorſus videretur. Propter hanc Plantam Diſceptationem magnam habuit cum F. Evangeliſta Quatramio Theologo & Herbario Ferrarienſi, qui in Tractatu de Theriaca contra Fabium ſcripſerat, cui ipſe reſpondit Epiſtola bene longa, quæ in Ecphraſi eius prima a Pag. 210. uſque ad 220. legitur.

Pl-

PISCIVM ALIQVOT PLANTARVMQVE NOVARVM *HISTORIA* FABIO COLVMNA AVCTORE.

AD LECTOREM.

A Superiore plantarum hiſtoria, hanc Piſcium aliquot, plantarumque novarum hiſtoriam ſeiungere volui, ut ſi forte inter edendum, alias antiquorum delineationibus reſpondentes plantas addere libuerit, ſuis locis non confuſe reponere poſſem. Quæ vero poſt horum editionem conſequutus fuero, niſi Dioſcoridis commentarium, ut dixi, perfecero, in alteram editionem expecta.

Φραγκίσκου τοῦ Οὐερρίνειου ἐκ Κοινωνίας Ἰησοῦ Ἐπίγραμμα εἰς Φάβιον τὸν Κολοῦμναν.

Γῆν ποτε, καὶ πόντον, καὶ ἠέρα, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς
Ἣν κατὰ τὴν τέχνην ἡ φύσις εἰργάσατο,
Εἶτα ποθοῦσα λίαν μορφὴν καὶ εἰκόνα πλάττειν
Τὴν ἰδίην, τεχνικῶς ἔπλασε τὸν Φάβιον.
Οὗτος νῦν πλάττει, φύσις ἄλλη, πᾶν πετεεινὸν,
Πᾶν ὅ, τι πόντος ἔχει, πᾶν ὅ τι γαῖα φέρει.

Φράγκισκος ὁ Μαῦρος εἰς Ῥινόβατον.

Ῥινόβατ᾽ οὐκ ἐλάχιστον ὀφείλεις μητέρι τῇ σῇ,
Ὅττι σε θαλπωρῇ γείνατο καὶ χάριτι.

Ἀλλὰ σοφῷ πλεῖστον Φαβίῳ, ὃς πολλὰ μογήσας
Ἐς τόδε σ᾽ ἄγνωστον πᾶσιν ἔδειξε βροτοῖς.

Αἰεὶ καὶ Φοῖβος τούτῳ καὶ δεξιὸς εἴη
Ζεὺς, ὄφελος δώσει γὰρ μέγα θυμοσόφοις.

Ἐξ ὄνυχος δύναται γιγνώσκειν ὧδε λέοντα
Παιδευτός. κεφαλὴ χαῖρε σὺ θαυμασίων.

DE RHINOBATO, SIVE SQVATINORAIA TAB. XXVII. 3

EX duobus nominibus, Ῥίνη scilicet, & Βάτος, compositum est nomen Rhinobatus, quod Gaza Latinè Squatinoraia interpretatus est, nam ex Squatina & Raia oriri creditur, ut Aristoteles asserit: eius verba sunt hæc, [1] Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἰχθύων, παρὰ τὰς συγγενείας οὐδὲν ὦπται συνδυαζόμενον. Ῥίνη δὲ μόνη δοκεῖ τοῦτο ποιεῖν καὶ Βάτος. ἔστι γάρ τις ἰχθὺς ὃς καλεῖται Ῥινόβατος. ἔχει τὴν μὲν κεφαλὴν, καὶ τὰ ἔμπροσθεν Βάτου, τὰ δὲ ὄπισθεν Ῥίνης, ὡς γινόμενος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν ἰχθύων. *Alios sane quidem pisces præter cognatos, coire nemo vidit. Squatina vero sola, & Raia id facere videntur, est utique piscis quidam, qui Rhinobatus dicitur; habet enim caput, & anteriora Raiæ, posteriora vero Squatinæ, ut qui ex utroque ortum ducit.* Quem textum Plinius fere ad verbum transcripsit, ait enim. [2] *Piscium diversa genera non coëunt præter Squatinam & Raiam, ex quibus nascitur priori parte Raiæ similis, & nomen ex utroque compositum apud Græcos trahit.* Neque apud alios Auctores aliquid de eo inveni, præterquam apud eundem Aristotelem, ubi de diversorum generum coniunctionibus verba faciens sic ait [3] Ἐπὶ δὲ τῶν θαλαττίων οὐδὲν ἀξιόλογον ἑώραται. δοκοῦσι δὲ μάλιστα οἱ Ῥινόβατοι καλούμενοι γίνεσθαι ἐκ Ῥίνης, καὶ Βάτου συνδυαζομένων. *In marinis nihil dignum memoratu visum est, videntur vero maximè qui Rhinobati dicuntur gigni ex Squatina & Raia coniunctis.* Ex his autem colligo, Aristotelem potius affirmare Squatinæ & Raiæ coniunctionem, quam de illis incerta tradere; & nescio quomodo vir tantæ doctrinæ Rondeletius, propterea quod neque sibi, maxima adhibita diligentia, neque piscatoribus unquam contigit piscem hunc videre, existimet neque Aristotelem, neque Plinium vidisse, atque hunc piscem esse planè commentitium, & re ipsa non existere. Qua de causa conatur extorquere verba Aristotelis, dicens, *Squatinam itaque cum Raia coire videri ait, quo quidem loquendi genere, & similibus, ut ferunt, aiunt, creditur, utuntur Herodotus Theophr. & Dioscorides, cum rem aliquam pro incerta habere significant.* Ad primum respondeo, Aristotelem facile vidisse Rhinobatum, cum ipsius notas tradat, dicens, ἔστι γάρ τις ἰχθὺς ὃς καλεῖται Ῥινόβατος, ἔχει γὰρ τὴν μὲν κεφαλὴν, &c. itemque Plinium.
ex quibus nascitur priori parte Raiæ similis &c. In quibus verbis nihil 4
est quod verti in dubium possit. Ad secundum dico, non modo Aristotelem, sed alios Auctores Græcos, quorum exempla latè patent, semper in rebus certis, verbo δοκῶ, uti, atque Dioscoridem, ut in pluri-

(1) *Lib. 6. c. 11. de hist. anim.*
(2) *Lib. 9. cap. 51.*
(3) *Lib. 2. de gen. anim. cap. 5.*

ribus capitibus, sic praesertim in cap. de Dorycnio, in antecedenti periodo per verbum δοκεῖ, res certas significare, quodque ipse verum existimat, & subinde sequenti, incertas per φασί, quibus ambobus uti non erat opus, si eadem significare voluisset, præsertim in tam brevibus periodis, essetque idem modus loquendi; quod confirmo ex interpretatione Ruellii viri doctissimi, qui cum tantam in Græcis habere vim hoc verbum, δοκεῖ, videret, *constat*, ibi illud est interpretatus: quare differt Græca ratio verbi, δοκεῖ, a Latina, *ferunt*, *aiunt*, *& similium*, cum hæc incertas, illud vero certas præseferat. Accedat huc etiam alter textus Aristotelis secundo loco citatus, ubi post verbum, δοκοῦσι, ponit adverbium, μάλιστα, quod vertitur, *maxime*, *super omnia*; *& maiorem in modum*, quibus, cum aliquid certum est dicendum, utuntur omnes, ipseque Aristoteles tali scribendi modo non usus quidem fuisset, si de hoc pisce aliter sensisset, remque pro incerta habuisset; & cum ipse non viderit piscium coniunctionem, quam idem peragi absolvique ocyssime tradit, [1] & raro verum oviparorum coitum cerni; difficileque esset diversorum piscium coniunctionem, quæ raro, ut ipsemet testatur, [2] accidit, conspicere, ideo dixit, [3] οὐδὲν ἀξιόλογον ἑώραται, & quia credebat natura posse fieri, δοκοῦσι δὲ μάλιστα, &c. quod ipse, *creduntur*, est interpretatus: sed quidem, *credere* significat, rem non visam pro certa habere, quod accidit, cum fidem nostram alicui adhibemus veritatem dicenti, nobis ita certum esse aliqua ratione putantibus. Sed ad Rhinobatum redeo, difficileque erit ad conclusionem hanc Rondeletii doctiorum animos inducere: *Si ideo coëunt Squatina & Raia, quia piscis sit qui Rhinobatus nominetur, utrique similis*, quam rationem infirmam iudicans, atque illam ad impossibile trahens, παραλογιζόμενος concludit, *& Hippocentauros, & Tragelaphos esse posse dicemus, si Centaurus cum Equa; & Hircus cum Cerva commisceantur*. Quod argumentum quam sit absurdum iudicent doctiores: aliud enim esset, si Hippocentaurus inveniretur, ex Centauro,
5 & Equa natum esse, dicere, aliud contra, nam tunc argumentum procedit, estque probabile, cum ab aliqua re existenti est ductum. Quam suam conclusionem Galeni testimonio confirmat dicens, [4] *fieri secundum naturam non potest, ut tantopere dissidentia corpora commisceantur*, &, *Neque si diversæ animantium formæ, non tamen usque adeo dissimiles coëant, id animal gignunt, quod una parte huic, altera illi simile sit, sed quod uni tantum procreantium simile sit, vel tertium quoddam: ut cum Asinus Equam iniit, Mulus aut Mula neutri per omnia simile animal gignitur. Si Lupus cum Cane, vel Vulpe congrediatur, Canis, vel Vulpes al-*

(1) *Lib.* 1. *de gen. anim. cap.* 6.
(2) *Lib.* 5. *de hist. anim. cap.* 5.
(3) *Lib.* 2. *de gen. anim. cap.* 5.
(4) *Lib.* 3. *de usu part. c.* 1.

alteri tantum ſimilis. Ad quæ reſpondeo, Ariſtotelem, non ut ipſe, tam diſſidentia corpora, & commentitia coniungi poſſe, dixiſſe, Centaurum ſcilicet cum Equa, ſed Raiam cum Squatina, quæ inter ſe aliquam συμπάθειαν, ſimilitudinemque habere videntur, cum ſint ex eodem genere Cartilagineorum, atque præter os, & anguſtiorem corporis habitum, quibus a Raia diſtat Squatina, alis, & poſt illas appendicibus duabus, & pinnulis duabus in cauda, utraque ſit donata: nec longitudine ita differunt inter ſe, quo minus Raia cum Squatina fœmina poſſit coniungi, ſupinarum partium attritu, cum utraque, ac reliquum genus Cartilagineum oviparum, ita coëant, ut idem Ariſtoteles ait, natant enim eodem modo, ut idem tradit, [1] οἱ δὲ βάτοι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀντὶ πτερυγίων τῷ ἐσχάτῳ πλάτει νέουσι. *Raiæ & ſimiles pro pinnis extrema ſui corporis latitudine natant*. Accedant quæ de Galeno citat, [2] *ſcilicet Mulus, aut Mula neutri genitori per omnia ſimile animal gignitur*. Non igitur excludit, ut in aliqua parte corporis, morum & naturæ, poſſit eſſe utrique ſimile, ut de Mulo aliiſque animalibus ex differentibus ſpecie natis dici poteſt, quod cuilibet in perquirendis contemplandiſque rebus naturalibus exercitato perſpicuum eſt: immo addo id quod mirum, quodque incredibile putarem ſi ab aliis audiſſem, ſed quia, tantæ auctoritatis, fidei, & doctrinæ Caterina Pellegrina avia mihique cariſſima narravit, certum eſſe mihi perſuadeo: ait enim ſuo vivente patre Hieronymo Abellarum, aliorumque oppidorum, civitatumque Regulo, eo in oppido anno ſalutis CIϽ. IϽ. XXVIII. repertum eſſe, eique allatum monſtruoſum animal ex Scropha natum, cuius caput per omnia humano capiti erat ſimile, reliquum vero corpus genitrici: cumque an ſubulcus cum illa commixtus eſſet, in dubium verteretur, eum iuſſiſſe notionem ea de re apud iudicem haberi. Itaque ad iudicem delatus ſubulcus, remque cum illa 6
θηριωδῶς habuiſſe confeſſus eſt, delictique reus eſt factus. Quod divino iudicio factum puto, ne, qui tantum, execrabileque facinus patravit, impune abiret: teſtes ibi etiamnum ſuperſtites ſunt. Accedat denique locus Plinii ante citatus, in quo nec verbum quidem ullum eſt dubium, quod extorqueri poſſit, & in ambiguum reduci, ait enim *Piſcium diverſa genera non coëunt præter Squatinam, & Raiam*, & quæ ſequuntur. Qui videtur, aut verba Ariſtotelis ſecundum illius mentem interpretatus, vel coniunctionem piſcium conſpexiſſe, & pro certa tradidiſſe. Vtcunque igitur res ſe habeat, iam ſatis perſpicuum eſt, Ariſtotelem, Pliniumque Rhinobatum piſcem his notis delineaſſe, caput ſcilicet habentem, & anteriora Raiæ, poſteriora vero Squatinæ: quæ omnia piſci a me propoſito ineſſe videntur, ut ex ſequenti deſcriptio-

(1) *Lib. 5. cap. 5. de hiſt. anim.* (2) *Lib. 4. de part. anim. c. 13.*

ptione patebit, & ut ordine proſequar, ab illius nomine incipiam. Pi-
ſcis hic, quem Rhinobatum antiquorum eſſe duco, a noſtris piſcato-
ribus vulgo dicitur *Cetola*, quod Citharam ſignificat, eſt enim inſtru-
mentum hoc muſicum aereis fidibus tenſum, quod pennæ fruſto pul-
ſatur, ipſis, & plebis fæci notum, & uſitatum, quare facile illis fuit,
ob illius ſimilitudinem, nomen huic piſci imponere: iidemque pro ma-
nubrio, caudam fingunt, pro teſtudine, reliquum corpus, & pro re-
gula in pontis modum conſtructa, qua chordæ ab inſtrumento elevan-
tur, rimam oris: hæc deſcripſi ne ii, quibus inſtrumentum hoc eſt in-
cognitum, fraudari viderentur. Eſt igitur cartilagineus, noſtro mari
frequens, magnitudine, ut a piſcatoribus accepi, quatuor pedes non
ſuperans, pondere vero duodecim libras ad ſummum æquans, colore
ſubflavo, in ſupina parte albo, cute eſt aſpera velut arenulis minutis
conſperſa Squatinæ cuti ſimili, quam, ſi manum deorſum duces, læ-
vem iudicabis, ſed ſi a cauda ad caput, aſperitatem ſenties; figura,
primo intuitu Raiam refert, multum ὀξυρύγχῳ βάτῳ ſimili, ſed an-
guſtiore, nam roſtrum in longum protenditur, & alas habet anguſtio-
res cæteris Raiis: corpus cordis figuram fere ſimulat, eſtque tertia pars
totius longitudinis: caret illis duabus appendicibus carnoſis, inter alas,
& appendices cartilagineas, ſitis, quibus Raiæ ſunt præditæ, genitalia
vero habet mas inter caudam & appendices cartilagineas, ut etiam
Raiæ fœmina quidem caret illis, ſed tantum habet duas cartilagineas
7 appendices in modum pinnarum, ut Squatina, quæ ab oſſeo nervo ſu-
pra anum poſito originem ducunt, & inde cauda procedit longa dua-
bus reliquis partibus, lata, & carnoſa, caudam repræſentans Squati-
næ, inferiore parte plana, cuius latera tenui limbo cartilagineo defi-
niuntur, in qua ſunt duæ pinnæ caudam in tres partes, ut in Squa-
tina dividentes, quæ in unicam pinnam deſinit: oculos habet membra-
nula illa pupillam operiente ut in Raiis, ſed ut Squatinis, & poſt il-
los foramina duo, poſt quæ procedit dorſum aſperius uſque ad caudæ
extremitatem tendens, in quo ſimiliter ſunt aculei ſimplici ordine di-
geſti, ut in cauda Squatinæ, ac etiam alii ſunt in oſſeo diaphragmate
poſt branchias, caput a ventre ſeparante; iuxta quod binæ lineæ u-
trinque ad latera dorſi poſitæ oriuntur, quarum duæ lateribus caudæ
propinquiores in ipſarum ortu ſunt curvæ caudam a reliquo corpore
ſecernentes, omnes vero cum cauda terminantur. In ſupina parte duo
ſunt foramina oblonga, ab illis Raiarum diſſidentia, pro naribus ſita,
iiſque ſubeſt os, ſquamis oſſeis pro dentibus munitum, branchiæ ſub-
ſunt utrinque quinæ, quarum duæ inferiores inſunt oſſeo diaphragma-
ti, linea quadam curva & ſinuata ſignato, ventrem a capite ſeparan-
te: in ventre continentur inteſtina omnia Raiarum inteſtinis ſimilia, o-
va

va diſtant a Raiarum ovis, ſed ſimilia ſunt illis Squatinæ illaque gerit utero ab hyemali ſolſtitio. Quo tempore pariat, quibus moribus & natura mas & fœmina ſint præditi, adhuc obſervare nequivi: cum Raiis vendi ſolet fere ſemper. Quare cum capite & parte anteriore ſit Raiæ ſimilis, cauda vero & cute Squatinæ, recte mihi videtur poſſe dici Rhinobatus Ariſtotelis & Plinii: an autem ex Raiæ & Squatinæ coniunctione ortus ſit, adhuc incompertum habeo, ſatis mihi videtur nunc poſſe Rhinobatus appellari, a ſimilitudine Ῥίνης, & Βάτου.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXIII.

COlumna noſter Primus Squatinoraiam poſt Ariſtotelem & Plinium deſcripſit, & hos Auctores a Rondeletii cenſura vindicavit. Excuſandus tamen Rondeletius ſi hunc Piſcem negaverit, quia, ut ait, omnium generum Piſcium diligenter perquirenti, numquam contigit ipſi huiuſmodi Piſcem vidiſſe, & eadem Senes Piſcatores ipſi affirmarunt. Nos quoque in Hadriatico Mari numquam Piſcem hunc vidimus, quem *Cetolam*, ſeu Citharam Piſcatores Neapolitani teſte Columna noſtro appellant, & quem iure ipſe pro Ῥινοβάτῳ, ſeu Squatinoraia Ariſtotelis & Plinii habuit.

PASTINACA MARINA DIOSCORIDIS TAB. XXVIII. 8

PLures Paſtinacæ marinæ ſpecies iam a ſimilitudine ipſarum apud recentiores memorantur, atque depinguntur, quas videre licebit apud Geſnerum naturalium rerum ſtudioſiſſimum, atque illarum collectorem, prolixius eſſet illas iterum tranſcribere, hanc ab aliis minime animadverſam deſcribam, [cuius caudam radio munitam tantum, ſine reliquo corpore depictam inter alias idem Geſnerus exhibuit]: eo quod Dioſcoridis delineationi reſpondere videatur: cuius nec ſenſus, ſicuti nec verba percepiſſe alios cognovi: eius verba ſunt hæc, Τρυγόνος θαλασσίας τὸ κέντρον, ὃ δὴ ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεστραμμένον ταῖς φολίσιν, ὀδόντα πονοῦντα πραΰνει: τρύπτει γὰρ καὶ ἀποβάλλει. Quæ ſic latine reddidi. *Paſtinacæ marinæ aculeus, qui ab radice ipſius enaſcitur reflexus ſquamis: dentem dolentem mitigat: frangit quidem illum, atque eiicit*. Huius deſcriptionis quam breviſſimæ verba, neminem perpendiſſe atque cum piſce contuliſſe præter Rondeletium virum doctiſſimum animadverti; quae etiam multum interpretans, cum φολίσιν, verbi proprietatem minime piſci depicto convenire perſpiceret: in hanc deſcendit ſententiam ſe prius

O ex-

excufans, ut vel Diofcoridis locus fit inemendatus, vel improprio vocabulo ufus fit. Quod verbum, in Pifcis huius cauda delineatione interpretari, & in ea oftendere conabor. Pifcis hic a noftris pifcatoribus *Muchio* appellatur vulgo; eft cartilagineus, planus, lævis, colore cinereo ad flavum tendente, fed parvus eft magis flavus, inferius vero albefcente, cuius corpus veluti quadratum efformare videtur, binos enim angulos alarum extremitates, binofque alios roftrum, & caudæ principium complent. In fuperiore parte caput vifitur Raiæ modo infra roftrum parvis fquamis afperum, oculos & poft illos foramina ut in aliis: e regione utrinque non multum diftantes lepides funt binæ, atque duæ aliæ in capite inter oculos & diaphragma branchiarum, in inferiore vero foramina duo fuper eos, quod offeis fquamis munitum eft, poft ipfum utrinque quinæ branchiæ, quæ a reli-
10 quo ventris, offeo diaphragmate dividuntur; ad caudæ initium & ani latera duæ funt pinnæ vice cartilagines, atque in maribus appendices illæ carnofæ genitalium. Caudam vero longam habet fefquicorporis longitudinem æquantem prope initium craffam, & quadratam, in extremo rotundam, & multo tenuiorem inferius limbum habentem, quo dirigit curfum: fupra vero aculeum offeum durum utrinque ferratum dentibus caudæ radicem refpicientibus, dodrantem longum vidi, latum in imo fefquiunciam, in extremo acutiorem, ab initio caudæ abfentem tertia totius caudæ parte: quam etfi alii recentiores fquamis carentem depinxerint (parvi pifcis iconem) maiores quidem atque grandiores minime viderunt, ficuti & Plinius [1] qui radium quincuncialem, veluti maximum defcribit. Sed & quæ non excedit decem libras, parem habet, quid de ea quæ ducentas excedit, dicendum, quæ pugionem ferreum æquantem, ut dixi aculeum habet? Hæc autem caudam habet fquamis offeis afperam utrinque, patellis noftratibus fimilibus, fed aculeatis in fummo, quas proprio vocabulo Græci λεπάδες vocant in aquatilibus, ideoque λεπάδες dictæ funt, quia ad modum λεπίδων a cute excrefcentium extuberant: unde morbi genus quem porriginem Latini appellant fic dictum eft, nam velut plures patellæ faxo hærentes, ita porri cuti extuberantes confpiciuntur, ficuti etiam exanthemata, in quorum modum erumpentem fcabiem Ficum arborem habere teftatur Theophraftus [2]. Quam in Ficu quadam paucis ab hinc diebus eruptam animadverti. Φολίδες vero proprie fquamæ funt reptantium animalium, fed confunduntur, nam φολίδες aiunt effe ferpentium λεπίδες, & Hippocrates [3] φολίδα τοῦ χαλκοῦ, fquamam æris, dixit, quam Diofcorides λεπί-

(1) *Lib.* 9. *c.* 48.
(2) *Lib.* 5. *c.* 13.
(3) *Lib. de rifu.*

λεπίδα τοῦ χαλκοῦ appellavit, quibus communiter ſquamas omnes cuiuſvis generis λεπίς, & φολίς verba ſignificare perſpicitur. Dioſcorides vero etſi φολίσιν verbum ſcripſit, quo ſerpentium ſquamas denotatur, hoc tamen loco data opera, poteſt dici, uti eo verbo voluiſſe; cauda quidem huius piſcis veluti ſerpens ſquamoſus videtur; & ſic ſquamas illas ſive φολίδες dictas reſpici a dentibus reflexis aculei, ut Dioſcorides [1] ait, (non retroverſis ſquamis, ut perperam Hippolytus Salvianus interpretatus eſt, pro dentibus reflexis) cognitum eſt. Atque hanc eſſe veram interpretationem non eſt dubitandum. Non igitur Rondeletius amplius in explicando verbum φολίσιν com- 11 morari debet, ſed forum piſcatorium adeat, vel Piſcatores, a quibus, ſi piſcem videre noluerit, audire poterit huius piſcis deſcriptionem & naturam. De quo Plinius loquens ait [2], *Sed nullum uſquam execrabilius quam radius ſuper caudam eminens Trygonis, quam noſtri Paſtinacam appellant, quincunciali magnitudine: arbores infixus necat: arma ut telum perforat vi ferri, & veneni malo.* Et alibi [3], *nihil eſt unquam venenatius, quam in mari Paſtinaca, utpote cum radio eius arbores necari dixerimus.* Aelianus vero [4], *Paſtinaca aculeum (cuius ante mentionem feci) mortiferum habet, ut vel celeriter non modo homines, ſed etiam animalia perdere queat, quod quidem ipſum, ut non admirabilitatem facit, certe id ſtupendam admirationem habet: quod ſi ad maximam arborem, & vegetam, & ſumme virentem aculeum admoveas, & defigas, non multo poſt amittit folia, quæ poſtquam defluxerunt, totus truncus ſimilis eſt arboribus, ſolis ardoribus exiccatis æſtate, cum maxima eſt ſiccitas.* His ſimilia alibi [5] etiam, ſicuti Nicander in Theriaca ſua, & Oppianus. Piſcatores non niſi cauda exempta Paſtinacam hanc & congeneres in forum vendendi cauſa afferunt, vetitum eſt enim, nec niſi amicis, & qui venenum effugere ſciant, multis etiam obſequiis præſtitis cum cauda domi ſecreto afferunt. Huius veneni ſigna tradidit Dioſcorides [6]. Remedio ſunt multa, quæ collegit Salvianus, ſed præſertim *ipſa Paſtinaca divulſa & vulneri impoſita ſui ictus medela eſt*; inter alia quæ idem Dioſcorides ſcribit [7]: & Plinius [8]: *Paſtinaca contra ſuum ictum remedio eſt, cinere ſuo ex aceto illito, vel alterius.* Et alia multa; ſed eadem Paſtinaca non modo contra ſuum venenum antipharmacum eſt, ſed & aliis affectibus ſuccurrit, ut ſcilicet, dentium dolorem mitiget, atque illos frangendo evocet. Modus autem utendi, a Pli-

(1) *Lib.* 5.
(2) *Lib.* 9. *c.* 48.
(3) *Lib.* 32. *c.* 2.
(4) *Lib.* 13. *c.* 6.
(5) *Lib.* 13. *c.* 5. & *lib.* 13. *c.* 1. *lib.* 2.
(6) *Lib.* 6.
(7) *Lib.* 8. *c.* 6.
(8) *Lib.* 32. *c.* 5.

Plinio [1] defcribitur hoc modo *Paftinacæ quoque radio fcarificare gingivas, in dolore utiliffimum. Conteritur is, & cum Elleboro albo illitus, dentes fine vexatione extrahit.* Celfus vero [2], ait, *aculeus torretur deinde conteritur, refinaque excipitur, qua dente circundato, hunc folvit.* Addit Plinius [3] etiam Strumas curare, his verbis. *Eadem vis & Paftinacæ radio, & Lepore marino impofito ita ut celeriter removeantur*, & alibi [4]. *Partus adiuvare, & faciles facere Paftinacæ radius adalligatus umbilico exiftimatur, fi viventi ablatus fit, ipfaque in mare demiffa.* Et alibi [5]: *Pruritum fcabiemque non hominum modo, fed & quadrupedum efficaciffime fedat iecur Paftinacæ decoctum in oleo.*

IANI PLANCI ADNOTATIO XXIV.

SIngulare eft genus Paftinacae, quod heic defcribit Fabius. Duo alia genera vel tria defcripfit in Libro cui titulum fecit Aquatilium & Terreftrium; fed haec Paftinaca peculiare habet, quod eius Cauda fit aculeata, feu lepadibus, ut ipfe ait afpera, ut afperae funt plerumque Raiarum caudae. In Hadriatico Mari duae Paftinacae genera paffim reperiuntur, quae viliori pretio funt quam Raiae. Prima amplior, & fuperne viridis, quae Arimini *Mantellina* vel *Buccio* dicitur cauda laevi donata, & duplici Aculeo; Altera minor, fuperne nigra, & inferne albiffima, quae *Nottolo* dicitur, cuius facies eft eadem ac illa dimidiata a Fabio noftro loco citato depicta; huius Cauda longiffima eft, & flexilis inftar Iunci viridis, & nigra, ad cuius initia unicus eft Aculeus. Ceterum quae de Veneno narrant horum Aculeorum, hoc ego Venenum non credo, fed tantum Vulnus inflictum ab his aculeis exquifitos dolores excitare opinor, quod Aculei inftar Serrae fint dentati, & dentes, ut Ariftae in pofteriora converfi, quare fi Aculei eximantur a Vulnere, Carnes lacerantur, velut a plurimis contortis Sagittarum fpiculis. Narravit mihi Alexander Rotignus Vrbinas Clericus Regularis Theatinus, qui xx. annos in India commoratus eft Malaios Sumatrae Populos his aculeis tamquam fagittis uti, quos intra Tubos ligneos includunt, & Oris flatu in Hofteis explodunt. Item verum non credo Paftinacae Aculeo Dentium ingentem Dolorem fedari, eofque eximi, & facillime ab eodemmet Aculeo frangi, ut Veteres tradiderunt, & Matthiolus cum aliquibus Recentioribus confirmarunt. Maior enim Machina ad haec praeftanda requiritur, ut quifque videt, vel leviter in fana Philofophia initiatus.

STEL-

(1) *Lib.* 32. *c.* 7.
(2) *Lib.* 6. *c.* 9.
(3) *Lib.* 32. *c.* 8.
(4) *Lib. eod. c.* 10.
(5) *Lib.* 32. *c.* 10.

STELLA MARINA ALTERA ΔΕΚΑΔΑΣΤΑΚΤΙΝΟΕΙΔΗΣ 13
TAB. XXIX.

Δίκαμπτος *Crocea* Zaffarana *Neapolitanorum Linck. p.* 53. *Claſ. II. de Stellis Crinitis* §. 94. *Columm. Aquatil. & Terreſtrium*. V.

Huic accedit *Roſacea Luidii Tab.* 37. *n.* 66.

NOva & perelegans eſt huius Stellæ forma, ab aliis omnibus differens, nec adhuc deſcripta: noſtro litori frequens, ita ut nec ulla retrahantur retia, quin ipſis implicata, & ſimul cum piſcibus in foro etiam non inveniatur. Hæc admodum fragilis eſt, ut viva ne ab rete excipiatur potius frangi patitur, ita illi ſe implexa cirris continet. Non vis ulla in extrahenda Stella eſt adhibenda, cum radii ſint geniculati, atque genicula coniungens cartilago ſit admodum tenuis, qua de re facillime genicula diſſolvuntur; nec quamvis radii omnes ſint diſrupti emoritur, niſi longo poſt intervallo. Huius color ſubrubens eſt, forma vero ab aliis ſtellis diſſidere videtur. Hæc enim parum admodum corpus habet: radios quinque; ſed ſinguli in binos dividuntur, ita ut decem prima facie videantur: ſemipedem longos nec maiores hucuſque vidi: Stellæ diameter pedem æquat. Radii vero omnes geniculis parvis conſtant, atque ſingula genicula formam trianguli habent, lineæ quidem ſecantes nunc in dextram, nunc in ſiniſtram partem coniunguntur, ſpirarum modo, quae alternatim angulos oppoſitos conficiunt. E ſingulorum vero triangulorum baſi, cirri etiam, ut baſes quoque, utrinque alternatim producuntur, ſimili modo geniculati, minimi digiti longitudine ac cannabini fili craſſitie, quibus maxime implicatur, graditur, atque apprehendit: Horum ſuperiores parum longitudine ſicuti & craſſitie alios inferiores ad extremum uſque ſuperant. E centro vero ipſius alii tenues cirri fili etiam craſſitie, & eodem modo geniculati, maioris digiti longitudine exeunt, quorum ſuperiores inferioribus minores ſunt, atque contrario modo, quo radii maiores, curvantur, quibus eſcam apprehendere, atque in os adducere cenſeo, in quorum umbilico viſitur ineſſe, ex adverſa parte corpus conſpicitur rotundum, læve, molle, cuius interiora propter tenuitatem conſiderare nequivi: ipſum
vero facillime diſiungitur a Stella: lævis eſt tota, ſed aſpera tactu vi- 14
detur propter geniculorum & cirrorum multitudinem: cruſta integitur

gitur duriufcula, ita ut offeis geniculis, fed non admodum duris compofita videatur. An fplendeat, ut aliæ noctu, cum vivam domi habere non potuiffem, experiri non potui. Vide quæ de hac Stella diximus in prima parte minus cognitarum ftirpium in obfervationibus Aquatilium & Terreftrium pag. v.

CONCHAS VVLGO ANATIFERAS, NON ESSE FRVCTVS TERRESTRES, NEQVE EX IIS ANATES ORIRI: SED BALANI MARINÆ SPECIEM. TAB. XXX.

DVm Conchas hafce, ex quibus Anates oriri falfo afferitur, minime vidiffem; atque apud Lobellium, Penam, quique eos fequuti funt, confpicerem in maris rupibus arborem effe, quæ fructus hos Amygdalæ pares forma, atque magnitudine ederet: mentem fæpenumero cogitatio huius rei perturbabat meam: neque credere poteram, etfi aliquando animum ad credendum inclinabam, ratione hac commotus: quia fcripta hæc erant a doctiffimis duobus medicis, atque demum ab aliis recepta: at quidem iterum reiiciebatur a fenfu hæc imaginatio fortiore argumento, quia arbor fructus edens depicta exhibebatur, atque ab iisdem medicis, iidem fructus Concharum nomine donati erant, quas e navis annofæ carina avulfas habere teftantur: quæ quidem inter fe contraria, atque impoffibilia cenfentur. Arboris fructus terreftris, minime Concha maris effe poteft, atque fi foret, navium carinis hærere haud poffet: Qua fententia impulfus, Conchas has videre animo flagrare cœpi. Nec multis quidem exinde præteritis diebus, noftrum in litus (hyems tunc erat) ingens maris æftus vi fonituque ruere cœpit, qui decem fere diebus continuus fuit: in quibus, quia etiam pluvia vias abnegabat, magis etiam ftudiis animus adducebatur, pifcium Hiftorias a doctiffimo viro Rondeletio editas, cum aliorum defcriptione conferebam; inciditque eo tempore, teftaceorum genere pervolventem, Balanos ab eodem defcriptas, atque depictas confiderare, quarum forma, & cum his conchis fimilitudine memoria concharum harum excitata eft. Atque fciens quia legifsem ab alluvione maris pro-
1 iici conchas facile evenire poffe famulo iuffi, ut noftris litoris partem luftraret, & quæ inveniret a maris æftu proiecta, adduceret. Fortuna accidit inter alia multa, Algæ fcilicet hærentem Efcharam, Alcyonii fpeciem, Stellam cuius iconem exhibui, Pennam, Conchafque varias, & has Harundinum furculis, atque radicibus, petris, pumicibufque hærentes attuliffe, non fine animi mei gaudio: quarum forma

hæc

hæc eſt. Concha lævis eſt, Amygdalæ fructui forma, & magnitudine fere par, magis vero compreſſa in acutiore parte: colore ex albo ad cinereum vergente: quinque partibus conſtructa, nam quæ valvulæ vice ſunt, ſingulæ circa extremam, atque anguſtiorem partem, per obliquum veluti diviſæ conſpiciuntur, partes vero illæ coniunguntur cartilagine, atque in poſteriore conchæ parte in acutum deſinunt: quatuor hæ partes a quinta anguſtiore, quæ dorſum conchæ eſt, coniunguntur etiam cartilagine, ne ab ea parte aperiri queant; dorſi quidem hæc pars a fundo latior procedit, atque circa extremum conchæ in tenuiorem terminatur: curva eſt, atque rugoſa additamentis, quibus ſerratum circa imum conſpicitur quinque aut ſex dentibus dorſum. Pars qua hæret latior atque magis extuberans eſt, quamobrem valvularum fundum apertum conſpiceretur, niſi fundi loco pars quædam carnoſa fuſca veluti corium, tota rugoſa in imo ubi hæret tenuior, & ad fundi latitudinem ſe dilatans in concha fundum efficeret: quæ plane rugoſum Amygdalæ fructus petiolum illum continentem refert: qua de cauſa, quia in ſurculis arborum etiam eleganter compoſitæ, & hærentes viſuntur, arboris fructus eſſe opinati ſunt. Concha quidem eſt marina, ex maris ſpumoſo cœno orta, ut aliæ teſtaceæ omnes, ſaxis, lignis quibuſcumque, pumicibus humorem illum magis retinentibus, adhærens. Animal intus continent ex concha minime exiens, coniunctum quidem eſt in fundo, indeque forſan humorem, cum ab ipſis aqua recederet, pro alimento ſugere videtur: carnoſum corpus in imo eſt, os an habeat & quomodo, quo carere non puto, haud potui recte conſpicere: verum pedes ſive cirros ex fuſco flaveſcentes infectos, quamplures habet [1]. Britannici, ut Rondeletius aſſerit, appellant *Pouſſepiez*, & alii *Pollicipedes* quorum ſuperiores aliis longiores, curvi conſpiciuntur, geniculati interna parte hirſuti, per longum diviſam pennam æmulantes, & caudam curvam Galli, quamobrem opinati ſunt illi pen- 16
nas eſſe, atque caudam, & aviculæ creſcentis rudimenta, extra concham emiſſa. Sed mihi potius cirros, & brachia animalis eſſe videntur, quæ conchæ natura tribuit, ut eſcam venari, & intro reponere poſſet: fruſtra quidem, niſi ad vitam conſervandam apta forent, illi adnata eſſent. At neſcio quomodo credere potuerunt marinas conchas fructus eſſe terreſtris arboris, quod nec ab incolentibus montium cacumina, qui nec mare unquam vidiſſent, nedum conchas marinas, credendum eſſet: & quidem ſi oſtenderentur illis, nomine arboris fructus; in promptu, fieri ſecundum naturam haud poſſe, ut arbor terreſtris tales fructus ea cortice obductos, qui carnem & animal formatum intus continerent, edat, reſponderent: ſemper enim idem intus

(1) *Lib. 1. de teſtaceis c. 29.*

tus animal continetur. Quibus aſſentire dico, numquam certe (quam parvulas easdem conchulas vix Milii ſemen æquantes habeo, omneſque formatum completumque, ſed parvulum animal habent) ſine animali conſpiciuntur, atque ſemper eodem. Quare non ex verme primum ut non pauca marina animalia gigni aſſerit Ariſtoteles, oriuntur: ſed a principio humor ille lentus in animal cogitur, atque terreſtrior humoris pars circum denſatur, efformaturque in conchæ modum, & tempore intercedente longo ſimulcum animali incrementum capit: atque adulto animali, excedente ex illo ſpumoſo mucoſoque humore vi quadam ſeminali prædito, aut etiam eodem primo cœnoſo humore intercedente, circa ipſum aliæ parvæ conchulæ Muſculorum modo gignuntur. Ex his igitur teſtaceum animal eſſe certum erit, nec arboris fructus, ut ab aliis depingitur: hæ quidem conchæ in ſicco deiectæ brevi emoriuntur, propter humidi diminutionem, in mari vero (ſponte oriuntur) putreſcere minime poſſunt, atque ſi ex putredine harum aliquid oriretur, marinum eſſe etiam oporteret dato & non conceſſo. Quamobrem remota principali, per conſequens reiicitur eorum conclufio ſequens, ex putredine illarum ſcilicet in mari proiectarum aves exoriri, volatilium generationem, ex piſcium putredine, mari tribuentium: quod quantum a veritate abſit, & an fieri poſſit iisdem iudicandum relinquo. At concludendum quidem eſt, falſam eſſe eorum aſſertionem, qui ex his conchis Anates oriri aiunt: putarunt forſan in Scotia tantum & Britannia locis nobis longinquis oriri, quare fabulas no-
18 bis obtrudere facile credendas, opinati ſunt: ſed & nobis & vicinis locis Prochytæ inſula præſertim, frequentes ſunt: atque magnitudine inſigni adoleſcentes non ſolum ramis, petris, carinis adhærentes, ſed & ſolutæ quæ natant, quarum Icon & hiſtoria a Ferdinando Imperato ſimul cum aliis admirabilibus, noviſque rebus edetur. Has doctiſſimus Rondeletius veritatis ſtudioſus in Normannia, & Brittannia ſua oriri aſſerit, nec generari ex his tradit, ſed pro Balani ſpecie exhibet atque deſcribit homines, & mulieres alia faſtidientes cibaria hoc edulii genere delectari, atque elixatas in aqua, diſruptaſque internam carnem ex aceto edere. Cui aſſentio & concham hanc Balanum eſſe, etſi alterum genus Balani figura magis ad Glandes accedente deſcribat: nam quamvis illud ſuperiorem, & dimidiam tantum Glandis partem repræſentet, hoc tamen etſi non Quercus glandem, ſed Amygdalæ fructum referat, Balanum tamen etiam eſſe cenſeo. Βάλανος enim non ſolum Quercus fructus, ſed Caſtanearum, Fagorum, reliquarumque arborum genericum nomen eſt, ut alii animadvertēre, ſicut & Glans apud Latinos, non ſolum Glandem, ſed quemlibet fructum ſignificat, unde Vlpianus ad Edictum ſcribens ait, *Glandis*

no-

nomine omnes fructus continentur[1]. Quapropter si quis conferre voluerit similitudinem secundæ Balani cum Glandibus Quercus, videbit nec totam Glandem nec Glandium positum ita referre, sicut si primi generis cum Amygdalæ fructibus comparentur surculo hærentes conchæ. Quæ utræque Balani nomine sunt appellandæ, idem enim animal intus continent, iisdemque locis inveniuntur hærentes, nec nisi conchæ forma inter se diffident. Conchæ autem differentia oritur ex materia scilicet limo: prima enim, quæ lignis in mare proiectis petris, & pumicibus hæret, in arenosis degit, ubi aqua purior, ideoque & limus purior, atque tenuior, subtiliore terra permixtus exiſtit, quare concha generatur solida, lævis & subtilis. Secunda vero in scopulis limosis ubi cœnum est terrestrius, atque minus purum, hæret; ideo crassiore testa integitur, atque rudiore, ut ostrea, spondylus, & similes: quem ortum tradit Aristoteles his verbis[2], *Ostreis qua cœnum, ibi origo consistit. Conchæ, Chamæ, Vngues, Pectines, locis arenosis ortus initia capiunt*. Et paulo inferius, *Testacea denique omnia sponte naturæ in limo diversa, pro differentia limi oriuntur: nam in cœnoso Ostreæ, in arenoso Conchæ*, & reliqua, quæ modo enu- 19
meravi. Secundum addidi Balani genus, ut & qui non viderint in Rondeletio, cognitum ex hac pictura habeant. Sed quia post nostram hanc editionem vidimus, quæ fuerunt in volumine de Avibus dicta a doctissimo Aldovrando Bononiensi facere non potuimus, ne veritatis studiosissimi, & doctissimi Caroli Clusii verba in Auctario Exoticorum ab ipso editorum fol. 368. ad hanc veritatem facientia reponeremus. Eius verba sunt *Klaiks*, sive *Claikgees* Scotis, *Bernacles* Anglis, *Rodgees* Hietlandis, Avis est per Autumnum, Hyememque dumtaxat conspicua, forma Anati vicina. Huius natalia cum ignorarentur factum est, ut Vulgus primum eius Protoplasma, sive rudimentum censuerit esse testas quasdam albicantes adnatas truncis, sive fragmentis ligneis, quae maris fluctibus in arenam, littusve propelli hinc solent, ubi ligna alias non crescunt, & formam Aviculæ istius quodammodo æmulantur. Vivam tamen & omnibus modis absolutam Avem ex Massa illa testacea evasisse, aut prodiisse, nemo est inventus, qui se vidisse asserere fuerit ausus. Hactenus Hoierus. Aviculæ porro non sunt, quas in Orcadum arboribus mari vicinis nasci vulgo putant, & *Bernacles*, sive *Rodgeas* appellant, sed Aves Anate fera non minores, ut ego aliquoties vidi, imo ipsarum Carnem etiam gustavi. Meras autem fabulas esse quæcumque de earum natalibus hactenus fuere tradita a Batavis, qui ante paucos annos ad novam Zemblam navigarunt, & fretum Nassovicum, vulgo *Weygaz*, appellatum superarunt, est de-

(1) *Lib.* 71. (2) *Lib.* 5. *de gen. anim. c.* 15.

prehenſum. Eas etenim Aves in aliquot ſcopulis incubantes, ſuis ovis obſervarunt, quarum nonnullas, & multa illarum Ova in Navim retulerunt, quibus famem propulſarunt. Hæc Cluſius.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXV.

ACute heic contra vulgarem opinionem ſentit Fabius noſter, qui Conchas Anatiferas vulgo dictas ex iis Anates non oriri contendit, & Balani Marinae ſpeciem eſſe affirmat. Sic & nos eo in Libro, quem de Conchis minus notis inſcripſimus, quum cirros Balani Compreſſi viderimus ſimileis eſſe cirris harum Concharum eodem loco utrumque Teſtaceum deſcripſimus. Notamus heic a doctiſſimo, ſuaviſſimoque Amico noſtro Nicolao Gualterio, qui nuper egregium, & permagnificum de Teſtaceis Muſei ſui edidit Indicem cum adpoſitis aere inciſis figuris has Conchas non Anatiferas, neque Bivalvas, ſed Cancellarias, merito appellari; Quas enim deſcribit heic Fabius noſter, quinque partibus teſtaceis conſtant, & pediculo longiori, rugoſo, nigro, & cartilagineo ad Ligna, ut obſervavimus, haerenti.

Sunt ex his Cancelliferis aliae, quae tredecim Teſtulis conſtant, quaeque plerumque ad Myriophyllum Pelagium Cluſii, & Zannichelli adhaerent, cirroſque gerunt ut ſuperiores, & Balani, quemadmodum Eques Nobiliſsimus Ioſephus Zinannius Ravennas, & ego multis abheinc annis Ravennae, & Arimini in Littore Hadriatici obſervavimus.

Quoniam Balanorum heic incidit ſermo notamus Balanos illos compreſſos a nobis loco citato deſcriptos, praeter cirros quibus cum ſuperioribus Conchis conveniunt, Parte poſtica Corio Teſtudinum Marinarum dorſo haerere, quo Corio detracto ſinus quidam in Teſta conſpiciuntur Labyrinthi in modum excavati, velut in Agarico illo, quem Tournefortius daedaleis finibus excavatum vocat. Verum Operae noſtrae, & Gualterii aere non exſculpſerunt hos daedaleos, ſeu tortuoſos & in ſe recurrenteis ſinus, ſed radiatim eos effinxerunt.

OCY-

OCYMOIDES LYCHNITIS REPTANTE RADICE TAB. XXXI.

Myosotis incana repens. Tournef. 244.

MEdia est planta hæc inter Ocymoidem, & Lychnidem coronariam[1]: Ocymoidi vero, quia foliis sit parvis ab radice statim binis singulis geniculis hærentibus; at Lychnidi, quia incana, pilosa, atque carnosa folia habeat, non minus quam Lychnidis folia ad ellychnia formanda apta, similis videtur[2]. Sponte ac frequens oritur in Monte D. M. Virginis appellato locis humentibus petrosis. Radice tenui admodum firmatur parum sub terra descendente atque circum reptante, ex qua plures fruticant viticuli rotundi incani hirsuti, bina folia singulis geniculis hærentia habentes, quæ in imo minora sunt, deinde maiora in medio viticulo, quod contra evenit in plantis, ab radice statim foliatis, ante caulis eruptionem, ut in Theophrasto legitur, hirsuta, carnosa, incana Lychnidi similia, sed magnitudine & forma Ocymoidi, Polemoniæ Belgis dictæ. Cuius etiam, sicuti & aliarum congenerum ritu flores edit Aprili atque Maio mense candidos[3], quinque foliolis constructos, stamina intus quinque lutea habentes, atque singula folia in summo quo latiora sunt, dividuntur uti folliculi Thlaspi: Iunio semina in oblongis pericarpiis mollibus, cartilagineisque perficit, fulva, angulosa, hirsutaque. Pericarpii vero non vesica uti in superiore Ocymoide, obducti sunt, sed tantum basim quinque foliolis constructam, ut in planta, Gallinæ morsus appellata. Huius radix vivax admodum est, ideoque multum fruticat, atque perennat, terramque ipsius coma operit. Sapor plantæ dulcis est[4], quare non inepte Herbariorum, Fœmellarumque vulgus ad eliciendum lac copiosum utitur, atque plantam sicuti cætera olera iusculis admixtis intus ovis disruptis decoquunt, non sine piperis, atque amaraci modico, vel ut alii solent in placentam efformant, cuius esu magnam lactis copiam provenire experimento se habere asserunt, atque hodie utuntur. Ex his igitur, calidam atque humidam, 22
nec adeo terrenæ substantiæ participem esse censeri potest. Hanc Herbarii hic, *Herba lattaria*[5] vulgo appellant a lactis eliciendi facultate ipsis nota.

(1) *Forma*.
(2) *Locus*.
(3) *Tempus*.
(4) *Vires*.
(5) *Nomen*.

TRAGOPOGON LACINIATIS FOLIIS TAB. XXXII.

Scorzonera laciniatis foliis. Tournef. 477.

NOn minus quam Senecio Latinis, ἠριγέρων Græcis, quia Vere flores capillorum modo canefcant dictum fuit ut a Diofcoride, & Plinio refertur. Tragopogon [1], ut Theophraftus ait [2], hæc appellata fuit, quia barba de fummo vertice cana pendet prolixa. Non ut, falfo meo iudicio, in Diofcoride legitur [3], ἐπὶ δὲ τοῦ καυλοῦ κάλυξ μέγας. καὶ ἐξ ἄκρου καρπὸς μέλας· ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν. *Sed in caule calyx magnus, & in fummo fructus niger ex quo nomen habet*. Non enim a fructu nigro, quem non habet, fed a prolixo, ac extra calicem excedente pappo, five barba angufta, Hirco fimili Τραγοπώγων appellata fuit, ut exacte defcripfit Theophraftus [4], οἱ δὲ μυρία ἄλλα καλοῦσιν, ὃ τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν, τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια πλὴν μακρότερα· τὸν καυλὸν δὲ βραχύν, ἐφ' οὗ τὴν κάλυκα μεγάλην, καὶ ἐξ ἄκρου μέγαν τὸν παγητὸν πόλιον alias πώγωνα· ἀφ' οὗ καλεῖται Τραγοπώγων [5]. *Quidam autem inter millia alia nominant, hanc, quæ quidem radicem habet longam, & dulcem: folia Croco fimilia, multum longiora; caulem autem brevem, fuper quem calycem magnum, & ex vertice magnam barbam canam, unde dicitur Tragopogon*. Quare in Diofcoride ex his potius legendum iudicaremus καρπὸς, quam μέγας, *fructum magnum* non *nigrum*, prolixum fcilicet, ut Theophraftus habet, & viva Planta. Hæc Tragopogi varietas eft [7]. Radicem habet longam teretem foris nigram, intus albam, lactefcentem ficuti tota planta, dulcem, efui aptam, ex qua folia plura, ut in aliis exeunt viridia levia fuperne, fed averfa parte afpera, tribus, aut quatuor laciniis divifa, ut vulgaris Coronopi *herba ftella* dicti, fed pedem longa, angufta ut Croci folia. Caulem emittit poft annum, ex femine nata, afperum, cavum, pedalem, & bipedalem, alis divifum: in quibus, & caulis fummo calyces funt, ut in aliis, fed ftriati, in quibus flores lutei mane aperiuntur, deinde poft horam Sole fuperveniente clauduntur, nec amplius aperiuntur, fed femina ut in aliis congeneribus perficiuntur: quæ poftea aperto calyce in fphæram concinnata, naffam referentia, quæ Græcis παγὴ dicitur,
23 in pappos vento fpirante evolant [8]. Maio menfe floret, Iunioque perfici-

(1) *Nomen*.
(2) *Lib. 4. c. de Senecione*.
(3) *Lib. 25. c. ult.*
(4) *Lib. 7. c. 7.*
(5) *Lib. 2. c. de Tragopogo*.
(6) *Lib. 7. c. 7.*
(7) *Forma*.
(8) *Tempus*.

citur, femen a vulgari differt, magnitudine, nam minus eft, nec afperum, fed ftriatum leve in imo craffius, candidius lineis depictum, reliquum cinereum Pappo admodum molle. In Apulia frequens, indeque advectam habui. Sed & Aequicolorum Montibus, & aliis frigidis frequens, & femine fata prima folia fine laciniis angufta, & longa profert.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXVI.

QVod Tragopogon laciniatis foliis vocavit Fabius nofter, & poft eum Bauhini Fratres, Tournefortius ad Scorzoneram amandavit. Tragopogon enim & Scorzonera folo Calyce differunt, quod huic quidem fquamofus illi vero multifidus fit, at nequaquam fquamofus. An Scorzonera virtutem illam alexipharmacam, feu Venenis, & exitialibus Morbis refiftendi habeat, quam huic Herbae Hifpani tribuerunt merito dubitant Recentiores. Nulla enim ipfi ineft manifefta qualitas, quae vim hanc infignem oftendat, imo infipida, & lacteo craffoque inftructa fucco cernitur, ut inutilis plane ad rem tantam videatur.

ABSINTHIVM MONTANVM ABROTONI FOEMINÆ FLORE T A B. XXXIII.

Chamaemelum Alpinum Abrotoni folio. Tournef. 494.

IN excelfo monte D. M. Virginis appellato [1] nova & elegans, raraque Abfinthii [2] huius fpecies exoritur, atque non nifi rimis faxorum fterilibus, ex quibus fruticat, exit. E [3] radice lignofa, parva, nigra, fibrofa, folia incana, lanuginofa, tenuia emittit incifuris profundis divifa, media inter marinum Abfinthium, & Abrotonum marem, in orbem difpofita: Vere caules edit plures fupinos paucis in imo foliis hærentibus, Aeftate flores fingulos [4], fingulis caulibus in fummo habentes Abrotoni fœminæ modo, fed fimiles Chamæmelo potius, foliolis quidem albis lutei umbones circundantur. Sapore & guftu, atque odore Abfinthium vulgare Ponticum refert planta hæc, iccirco potius Abfinthii nomen indidi, quam Abrotoni fœmi-

(1) *Locus.*
(2) *Nomen.*
(3) *Forma.*
(4) *Tempus.*

minæ cui ſimilior videretur, præſertim flore, qui longe ab Abſinthii floribus abeſt: ſed quia non δενδροειδὴς ut Abrotonon fœmina ſit, ut Dioſcorides ait [1], ſed ἐπιγειόφυλλος, & χαμαίκαυλος, atque etiam ſapore magis amaro, adſtringentique ſit, Abſinthio per quam ſimili, ut idem iudicanda ſit: etſi effigie, cum florida eſt hæc planta ab Abſinthio differat. A ſapore, odore, & ſic a facultate, malui Abſinthium appellare, quam a ſimilitudine, quæ ſæpe fallit, Abrotoni fœminæ varietati adſcribere: magis enim acerbitatis, quam Abrotonon habet, & ſic minus tenuium partium quam illa eſt, & ſic minori etiam extenuandi facultate prædita eſt, etſi non minus, ſed potius magis exiccatoriam vim contineat.

25 TRACHELIVM TRAGOPOGI FOLIO MONTANVM TAB. XXXIV.

Campanula Apina Tragopogi folio. C. B. P. 94.

NOn e florum forma, natali loco, annique tantum tempore quo floret, ſed & a lactis copia, ſubſtantia foliorum, & ſapore totius plantæ, Tracheliorum [2] varietati, ſic a recentioribus quia tracheæ, locisque vicinis medeatur, appellatarum, reddenda eſt hæc nova planta, in D. M. Virginis Monte ſic vulgo dicto [3], exoriens [4]. Radicem quidem habet craſſiuſculam albidam lacteſcentem, & ex ea plures propagines habentes folia anguſta longa, duriuſcula, Croci aut, Tagopogi forma, & magnitudine: Veris fine caules pedales edentes ſubrubentes, atque hirſutos, quibus folia alternatim, raraque hærent, in quorum ſummo ſex aut ſeptem ſimul flores purpurei nolæ forma, trachelii vulgaris modo, ex baſibus ſingulis quinque foliolis viridibus conſtructis, exeunt [5]: fructus atque ſemina Trachelio etiam ſimilia Aeſtate perficit. Radix perennis eſt, atque dulcis eſui apta ſicuti vulgare Trachelium, & Rapuntium.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXVII.

CVras poſteriores meliores eſſe, ut fert Græcum Adagium cernitur ex hoc loco in Fabio noſtro. Ipſe enim, qui poſtea in Ecphraſi Plantarum, ut in Praefatione & in Superioribus Notis vidimus tanti fecerat in Herbis dignoſcendis Flores, ut Facem praetuliſſe Tour-

(1) *Lib.* 3. *c.* 2. *de Abrotono.*
(2) *Nomen.*
(3) *Locus.*
(4) *Forma.*
(5) *Tempus.*

Tournefortio videatur, ipſo Tournefortio non repugnante. Heic tamen non e Florum forma hanc Herbam nominari vult, ſed a Lactis copia, Foliorum craſſitie, & ſapore totius Plantae, quae inutiles profecto ſunt notae, ut Plantas dignoſcamus.

SINAPI ALTERVM AGRESTE NOSTRAS TAB. XXXV.

Cardamine Hirſuta, Chelidonii folio purpuraſcente. Tournef. 225.

IN valle ſupra ædem D. Mariæ Vitæ [1], inter Rubos, Cynocraben,
Leonis dentes, & Ranuncula, oritur quædam nova, & elegans
planta, nec alibi oriri ſcio, nec herbarii hanc ſe vidiſſe aiunt.
Radice firmatur parva. tenui, fibroſa parum ſub terram deſcenden-
te, albida, ex qua folia exeunt Chelidonii maioris inciſura [2], diſtant
quod nec ſuccum luteum edunt, nec cæſia, ſed viridia ſunt, aſpe-
ra hirſutie obſita, atque extremum folium non retuſum, ut Chelido-
nium, ſed acutum habent, atque minora ſunt: Caulis anguloſus eſt
atque alis multis dividitur: flores edit purpureos umbellatos fere,
quatuor foliolis conſtructos Chelidonio pares; ſiliquas poſtea alter-
natim, frequenterque hærentes, rectas, quarum extremæ partes cæ-
lum verſus tendunt, quibus ſpica confici videtur ſiliquarum duorum
digitorum, ſummum longitudine ad Sio aquatico pares, quæ cum
exiccari incipiunt, flaveſcunt, atque vento flante, vel aliquo illas tan- 28
gente, diſrumpuntur ab imo, atque intortis utrinque valvulis ſemina
iaculantur flava Sii, vel Cardaminæ modo, parva, guſtu acri: ſicuti
etiam folia: floret [3] Martio, & Aprili menſe perficitur: niſi diligens
ſit cultor, huius ſemina non colliget.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXVIII.

PLantam hanc, quam prius detexit Columna, & Sinapi alterum nominavit, Tournefortius ad Cardaminem iuxta methodum ſuam amandavit; Parum tamen diſtant extrinſecus Cardamine & Sinapi; Conſtat enim utraque flore Cruciformi, quod & in hac notavit Fa-
bius

(1) *Locus*.
(2) *Forma*.
(3) *Tempus*.

bius noſter, qui dicit flores edere purpureos umbellatos fere, & quatuor foliolis conſtructos; Praeterea Cardaminae Valvae Siliquarum per maturitatem helicis in modum revolvuntur, & ſemen excutiunt, quod utrumque adnotavit in hac Fabius. Addit denique Tournefortius, ut Sinapi diſtinguat, in ipſo ſaporem acrem & fervidum ineſſe, ut bene a reliquis flore Cruciformi Plantis ſecernatur.

ALSINES FACIE PLANTA NOVA TAB. XXXVI.

An Cynocrambe Dioſcoridis C. B. P. 122. & Prodomi 59.

ALſine [1], ita dicta eſt, quia umbroſa loca, & lucos amet, ut idem Dioſcorides ait [2]. & aliquibus Myoſota dicitur, quia folia habeat Muſculorum aures imitantia; in capite de Myoſotide Dioſcorides ait [3], *Sunt qui Alſinen Myoſotida vocitant, ſed alia eſt Alſine:* ut idem ait [4], Ἀλσίνη, οἱ δὲ μυὸς ὦτα, ἀπὸ τοῦ ἔχειν φύλλα ὅμοια μυὸς ὠτίοις, ἀλσίνη δὲ, διὰ τὸ σκιεροὺς καὶ ἀλσώδεις φιλεῖν τόπους. πόα ἐστὶν ὁμοία ἑλξίνῃ, ταπεινοτέρα δὲ καὶ μακροφυλλοτέρα καὶ οὐ δασεῖα. διατριφθεῖσά τε, σικύαν ὄζει [5]. *Alſine, aliqui Myoſota appellant, eo quod folia habeat ſimilia muris auriculis: Alſinen vero quia umbroſa loca, & lucos amet. Herba eſt ſimilis Helxinæ humilior vero, & minoribus foliis, & minime hirſuta: & contrita Cucumeris odorem refert.* Plinius habet [6]: *Alſine, quam quidam Myoſoton appellant, naſcitur in lucis, unde & Alſine dicta eſt: incipit a media Hyeme: areſcit Aeſtate media: cum prorepit muſculorum aures imitatur foliis: [ſed aliam docebimus, quæ iuſtius Myoſotis vocetur.] Hæc eadem erat quæ Helxine, niſi minor minuſque hirſuta eſſet: naſcitur in hortis, & maxime in parietibus: cum teritur odorem Cucumeris reddit.* Quorum delineationibus nulla alia ab aliis depicta ita facie reſpondere videtur, potius Myoſotam, quam Alſinem referre videtur: quæ vero a me eſt depicta, lævitate & magnitudine tantum differre videtur: reliquum Helxines habitum refert [7]. Radicem quidem habet tenuem, albam, fibroſam, ex qua plures dodrantales viticuli rotundi, atque læves, parum rubeſcentes, carnoſi, ſucco referti, atque in terra ſtrati exeunt, niſi a pariete de-

pen-

(1) *Nomen, & Etymon.*
(2) *Lib. 4.*
(3) *Lib. 2.*
(4) *Lib. 4.*
(5) *Deſcriptio*
(6) *Lib. 27. c. 4.*
(7) *Forma.*

pendeant: folia geniculis ex intervallo frequentia primum bina, postea alternatim utrinque digesta habent Helxines forma, & positu, Parietariæ scilicet, (humilior namque hæc est Parietaria, quod non potest intelligi, si de Cissampelo putares, nam repens est Dioscoride teste:) minora vero, & rotundiora parum, satis muris auriculis simi- 29
lia, carnosa, minus hirsuta, Oxalidis rotundifoliæ folia exprimentia, nam quadam veluti aspergine eodem modo obsita sunt, ut etiam in Atriplice visitur: ex quibus & geniculis bina alia foliola exeunt, ut etiam in Parietaria conspiciuntur, quæ etiam musculorum auriculas imitantur, iuxta quæ flores bini, aut terni enascuntur, muscosi, ex herbaceo albidi, duobus foliolis contortis ex adverso constantes, multis intus staminibus tenuibus: quibus decidentibus totidem fructus succedunt rotundi, duri, primum virides, postea ex nigro cinerei, Octobri mense exit [1], Vere floret, atque Aestate finitur. Herba trita Cucumeris odorem plane refert, si quæ alia sit quæ talem odorem referat. Gustu insipido aqueo sunt folia, in semine vero aliquid inest tenuium partium, quo extergi lingua large manso percipitur, non autem calorem imprimit. Ex quibus colligitur, extergere, adstringere, atque humectare posse, sicut Helxine, ut ait Dioscorides: quam Alsines viribus iisdem pollere ait: atque Galenus Helxinen extergendi, adstringendi, cum humiditate subfrigida vires habere asserit. Sed in cap. de Alsine [2]; Alsinem Helxines vires habere, & aqueæ essentiæ esse dicit, atque frigefacientem & humectantem tantum vim habere, absque adstrictione: quæ vires potius contrariæ, quam similes esse videntur Helxinæ; nam extergendi vim habet & adstringendi maiorem; minorem vero humectando refrigerandi. Hoc tamen doctioribus, atque periclitatoribus relinquo. Loca videtur amare eadem quæ Helxine, atque ex Insula Capreis [3] ubi frequens sponte oritur, advectam habui. Vide quæ in prima Parte minus cognitarum diximus capite de Cynocrambe in fine.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXIX.

BIs descripsit hanc Herbam Fabius, de qua, ni fallor, siluit Tournefortius, heic & in prima ἐκφράσει, ubi eam Cynocrambem appellavit, nomen quod assumsit & Casparus Bauhinus, eamque & in in suo Matthiolo, & in Pinace, & in Prodromo demum descripsit, atque figuras apposuit, ut haberemus Plantam, quae proxime ad Caninam Crambem Dioscoridis accederet.

(1) *Tempus.*
(2) *Lib. 6. de simp. med. facult.*
(3) *Locus.*

ERINI, SIVE RAPVNCVLI MINIMVM GENVS TAB. XXXVII.

Campanula minor annua, foliis incisis Moris. Hist. Oxon. Part. II. 458.

NOva hæc eſt plantula atque pulchella ex D. Mariæ Virginis Monte advecta quæ radicem habet parvam admodum fibris diviſam teneram, atque Rapunculo ſive Erino a me depicto ſimilem ſapore, lacteſcentemque. Folia emittit parva admodum, digiti longitudine, parum hirſuta, oblonga, latioraque in ſummo, & per extremum ſerrata raris diviſuris, nam quæ proximiora ſunt radici octo dentes circum habere videntur, ſuperiora vero minus, atque
32 floribus hærentia binos, caulem emittit ab radice ex ſingulis foliolis alis diviſum, ita ut fruticoſa videatur; anguloſum hirſutum, tenuem, floſculos edit Aprili menſe, & Maio, inter folia, ex calyce parum hirſuto lato in quinque folia deſinente, ut in Rapuntio, & Campanula pyramidali dicta viſitur, exeuntes oblongos cavos ſimiles Tracheliorum floripurpureos, intus apicem vel thyrſulum luteum in ſummo triplici diviſura intortum ut in congeneribus continentes. Semen perficit Iunio, & Iulio, minutum admodum, fuſcum. Tota planta lacteo ſucco turget dulci, uti Rapuntium, ita ut gratus ſit ſapor palato.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXX.

ITerum ad Erinum Dioſcoridis & Nicandri Herbulam hanc revocat Fabius, ad Campanulas cum Moriſone & Tournefortio, vel ad Rapunculos cum reliquis Botanicis eodem Fabio non repugnante revocandam. Affines enim ſunt genere Rapunculi, & Campanulae, ut a Botanicis plerumque confundantur, niſi Tournefortii Trutina expendantur. Alios Erinos in prima & in Secunda ἐκφράσει expoſuit, quos promiſcue ſub Erini, & Rapuntii nomine appellavit, ut Deo dante videbimus.

PHY-

PHYTEVMA MINVS, SCABIOSA PARVA FLORIBVS OCIMI LACINIATIS ATQVE ODORIS TAB. XXXVII.

Scabiosa minor, capitulo odoro globoso C. B. P. 271.

PVlcherrima atque grata oculis, atque naribus est scabiosa hæc [1], quæ lignosam longamque radicem habet, ex qua folia exeunt diversa, nam in imo vel sunt sylvestri Erucæ, paria, vel Coronopo similia, minora vero atque hirsuta, in caule vero similia laciniis Scabiosæ vulgari minori, sicuti & flores, qui purpurei ex albo colore sunt. nec ut in aliis, ex cæruleo purpurei, in capitulis rotundioribus, atque singuli flores Ocimi flores imitantur, nam galericulati sunt, & per ora laciniati, admodum similes exotico Ocimo, foliis purpureis maculis infectis, fimbriatisque atque etiam, quod in aliis Scabiosis non observatur bene odorati sunt: floret Aestate [2], atque etiam Hyeme propter cœli amœnitatem. In montibus [3] oritur Amalfææ oræ.

IANI PLANCI ADNOTATIO XXXI.

SI Phyteuma iuxta Dioscoridem tota Amatoria est Herba Veneri Cupidinique litasse in fine Libri Fabium dicemus, qui gratam oculis & suavi odore Herbam amoribus omnino aptam, ut credebat, descripsit, quique tantum abfuit ab inerudita illa Plinii verecundia, ut non semel Phyteuma investigasse contentus. Iterum Plantam Oculis, & Naribus gratam, totamque Veneres spirantem in fine Libri Coronidis loco apposuerit. Dolendum tamen est hanc Herbam, ut & superiorem, quam pro Phyteumate descripsit suavissimo desiderio eius viribus suis non respondere, ut per ipsam profecto misere torpescerent Amantes, ni fortasse Scabiosae genuino altero harum Plantarum nomine, veluti prurigine quadam excitentur.

F I N I S.

Q 2

(1) *Forma*.
(2) *Tempus*.
(3) *Locus*.

INDEX

EORVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

In quo ſciat Lector numerum communem priorem Partem; Romanum Antiquum alteram partem deſignare. Numerus quicumque, cui littera *b* adpoſita eſt Adnotationes vel Praefationes Planci deſignabit.

A

An-

B

C

Mors

Eri-

Hip-

M

N

O

Or-

Q

R

S

Vi-

ERRATA CORRIGE.

IX. l. 18. viciffima	viciffim
XIII. l. 9. Albor	Arbor
XXIX. l. 24. poftat	proftat
XXXIV. l. 4. fuis	fui

IANI PLANCI

APPENDIX AD VITAM

FABI COLVMNAE.

IN Libro Ioannis Baptiſtae Donii Patricii Florentini Florentiae anno CIↃIↃCXLVIII. edito, cui Titulus de Praeſtantia Muſicae Veteris poſt editum hoc volumen haec de Fabio Columna reperi, quibus apparet quo tempore, & ubi contigerit eius mors, & me non male in eius vita ſcripſiſſe, quando ad octoginta annos eum vixiſſe dixerim, & circa dimidium elapſi ſaeculi diem ſupremum obiiſſe. At Donium ipſum audiamus. „ Verum ne noſtram hanc videar aetatem animoſius inceſſere, „ quid Burgheſianis temporibus pene contigerit audite. Fabius Co- „ lumna Vir Nobilis, Rerumque Naturalium diligentiſſimus, Nea- „ poli nuper diem ſuum obiit. Is immatura pravaque ambitione „ inſtinctus Librum quemdam ad Theoreticam Muſicam ſpectan- „ tem, *Sambucae Lynceae* titulo iuvenis adhuc effudit; quo ne- „ ſcio (parcant mihi quaeſo eius manes) an quidpiam ineptius, „ atque ἀμουσότερον iamdudum prodierit. „ Et quaedam alia addit acriter Donius, quibus, quamquam ab initio dixerit neminem animoſius inceſſere videri velle, tamen ita animoſe quam qui maxime, & Fabium ipſum perſtringit (id iure an iniuria Muſici viderint) & ſplendidiſſimae Burgheſiorum Genti inique non parcit, propterea me univerſa eius verba referre puduit.

AD LYNCEORVM NOTITIAM.

ITem poſt editam hanc Notitiam legi in Vita Alexandri Taſſoni Mutinenſis, quam nuper auctam edidit Vir Praeſtantiſſimus Ludovicus Antonius Muratorius in qua pag. XIII. ait ipſum Taſſonum cum Lynceis ſe ſe exercuiſſe, & eorum Academiae fuiſſe adſcriptum, coniectura ductus, ut ibidem innuit, & Litteris ad me modo humaniſſime datis Vir doctiſſimus confirmat, quod Erythraeus in Taſſoni Elogio aſſerat cum Barptolomaeo Caeſio Cardinali uſum familiariſſime, quem Muratorius Fratrem Federici noſtri dicit. Verum pace tanti Viri, coniectura ipſe admodum infirma, meo quidem iudicio, nititur, praeſertim quum nemo eum ut Lynceum antea memoraverit, & Taſſonus ipſe numquam in ſuis editis Libris pro Lynceo ſe inſcripſerit.

AP-

I. QVum Fabius noſter in Phytobaſano ſuo, & aliis in Libris praeter Plantas minus notas, Conchas quoque & Piſceis rariores addiderit, placet & mihi in hac Appendice Stellam marinam, & Conchulas quasdam, rariores quidem addere, quas Tab. XXXVIII. incidi curavi. Primo igitur loco addo & colloco Stellam Marinam Indicam, quam mihi dicavit, & inſcripſit Amicus meus dum viveret ſuaviſſimus Nicolaus Gualterius olim Io: Gaſtonis Magni Etruriae Ducis Archiater, Epiſtola ſua humaniſſima hoc anno Lucae edita. Stella haec ut dixi Indica eſt & Goâ Gualterio adtulit P. *del Roſſo* Florentinus e Societate Ieſu. Haec peculiaris habet, quod ſit πεντεκαιδεκακτὶς Radiis ſcilicet quindecim conſtans, quo radiorum numero nemo hucuſque Marinam Stellam vidit, ne Linckius quidem, qui Librum peramplum in folio, ut vocant, cum figuris nitidiſſimis de Marinis Stellis conſcripſit. Habet praeterea & hoc peculiare haec Stella quod ſit Echinata, quod ſane ei cum permultis eſt commune, ſed Aculei in hac ſunt articulati, ut in Fig. B. & C. videre eſt, ubi in ſecunda figura Aculeus oculo lente vitrea inſtructus fuit obſervatus, quod Aculeorum genus ne in Echinis quidem ullis, aut in Echinata Stella alia viſum non fuerat antea; Denique Aculei iſti amethyſtino colore ſunt donati.

II. Addo & Cornu Hammonis peculiare nativum, quod anno elapſo in Liburni littore reperi, quod *Semilituus* adpellari non omnino inepte poterit, quum Appendicem quamdam rectam habeat, ut in Figura ſub Littera D. cernere eſt. Albiſſimi coloris eſt haec Teſta, ut & reliquae duae, quas infra deſcribo.

III. Cornu Hammonis depreſſum in eodem Littore repertum, quod umbilicatum eſt umbilico ſcilicet concavo, ut Figura ſub littera E. expreſſa oſtendit.

IV. Denique addo Vmbilicum parvulum marinum eodem loco repertum, qui lapidem numiſmaticum refert. Quare apparet qui eos lapides in montibus repertos pro Vmbilicis Marinis, ſeu pro Operculis habuerunt, non male omnino ſenſiſſe. Is minimus eſt, & Lente Vitrea auctus, ut & duo Hammonia ſupra deſcripta. Teſtulam hanc exprimi curavimus ſub littera F. Tria igitur peculiaria minima corpora in Liburnenſi ſedimento anno elapſo reperi, at Hammonia, Nautilia, Orthoceratia, & reliqua mira minima Teſtacea, quae in Littore Ariminenſi reperiuntur, ibi reperire non potui. Reperi tantum ingentem vim Teſtulae illius minimae, quam in meo Libro de Conchis minus notis, Vermiculum arcte in ſe contortum, & extrinſecus Conchulam Veneream referentem adpellavi.


Tab. I



Μαλιναθάλλη *Malinathalla*




Χονδρίλλη
Chondrilla


Tab. IV
Χονδρίλλη
Chondrilla


Ἄλισμα Alisma





Tab. VI

Alisma ſyluarum et pratorum



Tab. VII



Ἄλυσσον Alyssum



Tab. IX

Σιδηρῖτις — Sideritis

Ἄλυσσον — Alyssum



Tab. X



Tab. XI

Ἀείζωον τρίτον Sempervivum Tertium



Tab. XII

Στρυχνὸν μανικόν. Solanum Manicum




Tab. XIII
Κλύμενον
Clymenum

Tab. XIV





Ἰδαία Ῥίζα
Ὑπόγλωσσον

Radix Idæa
Hypoglossum



Tab. XVI

Σιδηρῖτις *Sideritis*



Tab. XVII





Tab. XVIII



Tab. XIX

Σίσαρον Siser




Tab. XX



Tab. XXI

Μήκων Ἡράκλεια Papaver Heracleum



Tab XXII

Φύτευμα Phyteuma



Tab. XXIII

Ἔρινος   Erinus



Tab. XXIV

Ἱππόφαιστον

Hippophaestum




Tab. XXV



Tab. XXVI




Tab. XXVII



Tab. XXVIII



Stella δεκαδασυακτινοειδής



Tab. XXX





Tab. XXXI



Tab. XXXII


Tragopogon laciniatis foliis



Tab. XXXIII

Absinthium Montanum







Tab. XXXIV

Trachelium montanum



Tab. XXXV


Sinapi *Agreste*




Tab XXXVI



Tab. XXXVII




Stella
ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΚΤΙΣ
A
B
C
D
E
F